nec tunc nec antea apprehendit per ſenſum exteriorē, tum q2 cõſtat ꝙ tunc nõ cognoſcit imediate quelibet elephantem: nec eſt ratio ꝓpter quã vnũ determinate cognoſcat plus ꝙ̃ aliuꝫ: igit̃ nullũ elephantẽ verũ imediate apprehendit: igit̃ ſola imago elephantis occurrit cõſpectui ſuo: ⁊ cũ ſimile occurrat narrãti etiã ſibi imago tm̃ occurrit: nec eſt differẽtia niſi ꝙ illa narrantis fuit a re extra cauſata: h̃ vo a virtute interiori audiẽtis ficta. iuxta modũ dictũ in ꝓmo di. 3. vbi iſta materia ſatis prolixe perquirit̃: ⁊ per ꝯñs in virtute interiori ſunt ſpẽs ⁊ imagines rerũ. ¶ Preterea ſi ſit ſicut dicit iſta op̃. ſequit̃ ꝙ ſomniãtibus ⁊ freneticis vigilantibus nõ imagines rerũ: ſed ipſe vere res extra occurrent: apparerent: ⁊ ꝙ realiter guſtent vinum: ⁊ tangant ignem verum ſicut apparet op̃. que certe nullus compos mentis concederet. ¶ Hec concluſio preter auctoritates vbi ſupra in ꝓmo li. recitatas quibus euidẽtiſſime aſſeritur põt aliqñ ẽt ꝯfirmari. Btẽo n. Augu. 12° ſuper gene. c. 10. diſtinguit tria gñã viſionũ. ſ. corporale: ſpũale: ⁊ intellectuale: ⁊ de quolibꝫ dãs ex° de ſpũali ait. Ipſum quippe celum ⁊ terrã ⁊ ea que in eis videre poſſumus ẽt in tenebris cõſtituti cogitamus. vbi nihil videntes oculis corporis: aio tñ corporales imagines intuemur. ſeu veras ſicut ipſa corpora vidimus ⁊ memoria retinemus. ſeu fictas ſicut cogitatio formare potuerit. in qb° verbis nota ꝙ ⁊ tales imagines aſſerit retineri in memoria. ⁊ dicit ꝙ illas intuemur animo: ita ꝙ ad ipſas terminat̃ intuit° ⁊ notitia illa quod ẽt op̃. negat. ⁊ per qd̃ excluditur gloſa quam aliqñ dat prefata op̃. dicens per imagines intelligi debere ipſas cognitiones. nã cognitiones nõ intuemur ſed obiecta cognitionum. ¶ Et ne dicas ſicut aliqñ dic ꝯſueuit predictus opinans ꝙ per imagines res ipſemet extra ſunt accipiẽde. nam dicũt ꝙ imago ⁊ phantaſma ⁊ ſimilia vocabula ſignificãt ipſas res ſingulares extra: cõnotando actum phantaſiandi: ita ꝙ nõ eſt aliud phantaſma ꝙ̃ res ipſa fantaſiata. attende quid ſequitur ſtatim. loquens enim de 3° genere viſionis. tertiũ inquit illud quo dilectio intellecta conſpicitur: eas res cõtinet que nõ hñt imagines ſui ſimiles q̃ nõ ſunt ꝙ ipſe. ꝑ ꝙ manifeſte demõſtrat ꝙ imagines que videtur 2° genere viſionis nõ ſunt id qd̃ ipſe res quorũ dicunt̃ imagines. ¶ Item. c. 4°. deſcribit ſpm̃: ſm ꝙ ab eo denominatur viſio ſpiritualis. dicẽs ꝙ eſt vis quedam mẽte inferior vbi corporalium rerũ ſilitudines exprimunt̃. ¶ Itẽ cap̃. 16. Cũ aliquid oculis oritur: ꝯti° fit imago eius in ſpiritu: ſed nõ dinoſcit̃ facta: niſi cum ablatis oculis ab eo qd̃ per oculos videbamus imaginẽ eius in animo inuenimus ⁊ ſi qd̃ ſpiritus irrõnalis eſt veluti pecoris huiuſꝗ oculi nuntiant. Si aũt anima rationalis eſt ẽt intellectu nũciatur qui ⁊ ſpiritui preſidet. ecce ꝙ imago fit in ſpũ ⁊ etiã in intellectu ſi eſt homo qui videt oculis corporis. ¶ Nec poteſt dici ꝙ per ymaginem que fit cũ aliquid oculis cernitur intelligat aliquem habitum qualem fingit op̃. tum quia ſm op̃. habit° ille ⁊ ſm veritatem nullus habitus proprie ſumptus eſt imago vel ſimilitudo rei extra. tum q2 ſm opp̃. habitus nõ terminat actuꝫ illius potẽtie ſed eſt ratio eliciendi ipſum. imago aũt ō qua loqt̃ Aug. terminat actũ potẽtie ſeu cognitionẽ. ſicut pꝫ in auctoritate primo allegata. Et iterũ eodẽ ca°. dicit ꝙ vidit rex Balthaſar articulos manus ſcribentis in pariete ꝯtinuoꝗ per corporis ſenſum imago rei corporaliter facte ſpiritui eius impreſſa eſt. atꝗ ipſo viſo facto atꝗ preterito illi in cogitatione permanſit. videbatur in ſpiritu ⁊ non intelligebatur ⁊c. ecce ꝙ imago ſpiritui impreſſa videbat̃ in ſpiritu: terminabat ergo viſionem ſpiritualem. Iteꝫ paulo poſt dicit: ꝙ ipſe Balthaſar ſignũ corporaliter factũ corporaliter viderat. ⁊ tranſacta eius imaginem in ſpiritu cogitando cernebat: vbi patet id ipſum. ¶ Itẽ. 10. ꝯfe. c. 10. Nõ ea inquit. ſ. montes ⁊ flumina ⁊ alia corporalia que ꝑnoiat vidẽdo abſorbui qñ vidi oculis. nec ipſa ſũt apud me ſꝫ imago eoꝝ. ¶ Itẽ c° ſequẽti. Iſte quippe res nõ intromittunt̃ ad eã. ſ. memoriã. ſꝫ earũ ſolum imagines mira celeritate capiuntur ⁊ multa alia ad idem facientia dicit inde vſꝗ ad capitulum. 18. incluſiue. ¶ Item contra epiſtolam fundamenti dicit ꝙ ꝑ potẽtiam qua veritas intelligitur. hoc eſt intellectus: videtur aliam veram eſſe cartaginem. aliam quam cogitãs fingit. ¶ Item hoc ipſuꝫ ipſe infra ca°. 20. dicit ⁊ probat ex ſenſu auditus dicens. Niſi in auribus percepte vocis ymaginem ꝯti° ſpiritus in ſeipſo formaret ac memoria retineret ignoraretur ſciri ſimilia verũ ſcd̃a eſſet cum iam prima vtiꝗ nulla eſſet que percuſſa aure trãſierat: ac ſic omnis locutionis vſus. omnis cantandi ſuauitas. omnis poſtremo in actibus noſtris corporalis motus delapſus cecidẽret. neꝗ vllum progreſſum nãciſceret̃ ſi tranſactos corporis motus memoriter ſpiritus non teneret. Quos vtiꝗ non tenet niſi imaginaliter a ſe formatum h̃ Aug. Multe alie auctoritates ⁊ phĩ ⁊ Cõmenta. ac Auicen. poſſunt pro iſta cõcluſione adduci quas ad vitãdã nimiã prolixitatẽ obmitto. ¶ Quãtũ ad tertiã cõcluſionẽ. dico tria. Primũ eſt ꝙ in intellectu ſunt ponende ſpecies rerũ inſenſibiliũ ⁊ mere intelligibiliũ: ſicut intellectionum ⁊ volitionũ ⁊ aliorum actuum intellectus vel volũtatis. hoc probat̃: q2 ꝯ² intellectum taliũ actuꝫ preteritorum recordari ⁊ ipſos in ſuis ſpeciebus derelictis intelligere: ⁊ ille ſpẽs nõ ſunt in aliquo ſenſu interiori vel exteriori. igitur in intellectu ſunt hmõi ſpecies ponẽde. ꝯſequentia eſt clara. ⁊ prima pars añtis probata eſt lib. primo diſt. 3. in illa. q. Utrũ res intelligibiles nãliter intelligantur a nobis. 2ª pars pꝫ ſatis ex ſe: q2 ſicut nullus ſenſus eſt cognitiuus ill° rei mere intelligibilis: ſic nullius ſpẽi taliũ rerũ eſt ꝯſeruatus. ¶ Cõfirmat̃ per illud Augu. 15. de tri. Quãuis inquit in memoria hominis ⁊ maxime illa quã pecora nõ hñt. i. qua res intelligibiles ita continẽtur vt nõ in eã per ſenſus corporis venerint ⁊c. vbi patet expreſſe ꝙ in parte intellectiua ponit memoriã ⁊ in intelligibiliuꝫ rerũ intelligibiles ſpecies. ſuppono aũt pro nũc ꝙ memoria intellectiua nõ ſit potẽtia diſtincta ab intellectu ſm Aug. ⁊ vt cõmunius tenetur. Itẽ li. 14. c. 2. ⁊ 3. dicit ꝙ in patria recordabimur fidei quam nũc habemus per ſpeciem eius que remanebit in nobis. ⁊ ita credendũ eſt ꝙ nunc recordẽtur aie ſeparate beatorum. que omni ſenſu carent. ¶ Scdm̃ eſt ꝙ in intellectu ſunt ponẽde ſpẽs rerꝫ ſenſibiliũ ficte ab ipſo que a modernis vocant̃ cõceptus ſicut ibidẽ vbi ſupra eſt de ſpeciebus diſtinctum. Hec probo ꝓmo ſic. Cõtingit intellectũ intelligere res ſenſibiles itellectione cõi ⁊ cõfuſa: qua etiam nullum ſingulare determinate ⁊ diſtincte intelligit: igit̃ intellectu eſt ſeu ꝯ² eẽ aliqḋ ſpeciem ſenſibiliũ. Añs pꝫ per experientiã. Naꝫ diffiniẽs hominẽ vel triãgulũ. vtiꝗ res ſenſibiles intelligit ⁊ notificat. ⁊ ꝯſtat ꝙ nõ determinate hunc hoiem vel hũc triãgulum. ꝯñs probat̃. q2 talis cognitio cõis ⁊ cõfuſa ad aliquid imediate terminatur certuꝫ eſt. ⁊ non ad aliquam rem extra animam: q2 non ad rem vniuerſalem cum nulla talis ſit vt nunc ſuppono ⁊ probabitur lib. 3. nec ad aliquam ſingularem determinate vt experientia probat. igitur ad aliquam rem in anima. Illa igitur vel eſt ſimilitudo reꝝ. ⁊ repreſentatiua ipſarum. ⁊ per conſequens eſt ſpecies: vt nũc de ſpecie eſt ſermo intellectu. ſiue recepta a rebus quia de hoc pro nunc non curo. voco enim hic noie ſpecies generalr̃ ad oẽs maneries ſpecierum de quibus diſtinctum eſt ſufficienter lib. ꝓmo. d. 3. in rñſione ad 5ᵐ dubiũ illius. q. vel illa res ad quaꝫ terminatur talis intellectio non eſt ſpecies ⁊ hoc dici non poteſt: quoniam tunc per illam intellectionem non intelligerẽtur res extra. Rurſus illa ſpecies nõ eſt in aliqua vi ſenſitiua. ſicut nulla vis ſenſitiua eſt apprehẽſiua vlr. qd̃ ꝓbatur: q2 ſi aliqua eſſet hoc maxime videret̃ de cogitatiua hoīs que oĩbus ſenſitiuis viribus eſt ꝑfectior. Sꝫ de illa nõ eſt verũ vt patet per cõmẽ. 3° de aia ꝯᵗᵒ. 6. ⁊ ibidẽ cõmẽ. 19. dicit ꝙ propriũ eſt intellectui iudicare infinita in ꝓpoſitione vlĩ. Itẽ 2° de anima cõmẽ. 65. dicit ꝙ comprehenſio intentionis indiuidui eſt ſenſuꝫ ⁊ cõprehen° intentionis vniuerſalis eſt intellectus. ¶ Secundo. Cõtingit intellectum intelligere qualitatem ſenſibilem. v. gra. albedinem abſtrahendo ab omni ſitu ⁊ ꝗtitate. ⁊ ſimiliter ꝗtitatem abſtrahendo ab omni ſitu ⁊ qualitate: igitur ꝯ² in intellectu eſſe conceptus aliquos ſeu ſpecies rerum ſenſibilium. Añs patet ex 3° de aia per expientiã viroꝝ ſpeculatiuoꝝ qui reruꝫ ꝗdditates pñt diſtinguere ⁊ diſtincte diffinire: ⁊ proprias earũ paſſiões aduertere. ꝯñs probat̃. Nam taliter intelligere qualitatem vel ꝗtitatem non põt intellectus intuitiue vt notum eſt. nec abſtractiue in aliqua ſpecie ſenſibili interioris vel exterioris ſenſus: qm̃ q̃libet ſpecies ſenſus repreſentat rem cõcernẽdo ꝗtitatẽ ⁊ qualitatem ⁊ ſitũ eius. ſicut dicit Auĩ. 6. nãli. p. 2ª. c. 2. igitur cũ oporteat dare aliqḋ repreſentatiuũ in quo taliter apprehẽdat hmõi res: reſtat ꝙ illud ſit ꝯceptus aliqs vel ſpẽs apud intellectum. ¶ Tertiũ eſt ꝙ in intellectu ſunt ponẽde ſpẽs rerum ſenſibiliũ ab ipſis cauſate ⁊ in intellectu recepte. hoc probatur: q2 aliogñ aia ſeparata non poſſet naturaliter recordari actualiter reruꝫ ſingulariũ ſenſitiuaꝝ diſtincte ⁊ determinate. ⁊ vlterius cũ ſm ſniam Aug. in lib. de cura pro mor. agenda anime defunctorum nullã notitiã preter recordationem de hijs que ſunt apud nos vl̃ geruntur preſentialiter in vita iſta apud hoies naturalr̃ ex ſe habeant nõ plus ꝙ̃ nos de eis ſequeretur ꝙ aia ſeparata nullã notitiam penitus de ſingulari aliquo ſenſibili diſtinctã haberet ꝙ ſm ſcõs falſum eſt. ⁊ ꝓbatur per illud euangelicũ de diuite epulone qui quinꝗ fratres ſe dicebat habere in mundo: vt ſcribitur Luce. 16. conſequentia patet: quoniam talis recordatio non niſi per ſpeciem fieri poteſt: ⁊ non per ſpeciem fictam: vt in primo patet vbi ſupra. igitur per ſpeciem ab ipſis rebus quaꝫ fuerunt ſenſate deriuatam. ¶ Hec concluſio confirmatur

per auctoritatem Aug. xii. ſuper gen. c° 6°. preallegatā pro ſecūda concluſione premiſſa. Cum aliquid oculis cernit ⁊c. Et per illud etiā phi 3° de anima. Et bene dicentes ſunt aiam eſſe locum ſpecierum. niſi ꝙ non tota ſed intellectiua. ⁊ per Cōmē. ibidem cōmē. 6. ¶ 4ª ↄcluſio probatur faciliter. qꝛ ſpecies exiſtentes in virtute ſenſitiua ſufficienter intenſe ⁊ firmate ſufficiunt ad ſaluandū oīa apparētia ⁊ expta circa notitias hmōi ſimplices interiores. igit̃ fruſtra ponerent̃ habit⁹ aliqui ꝑter illas. ¶ Preterea in ſenſu exteriori non ponit̃ aliquis habitus ſm etiam op. aliq: ſed ſufficit ad eliciendam illam notitiam obiectū ipſuꝫ cū potētia. igitur nec in ſenſu interiori eſt ponendus aliquis talis habitus: ſed ſufficit ipſa ſpēs retenta pariter cū potentia cognitiua ad eliciendū actū ſeu interiorem notitiā. pꝫ ↄña qm̄ ſicut in p°. d. 3. diffuſe oſſuꝫ eſt. ſpēs ita ſe hꝫ ad notitiam interiorē ſicut ſenſibile extra ad exteriorem. ⁊ ita imediate notitia interior terminatur ad ſpeciē ⁊ eſt intuitiua reſpectu ſpēi lꝫ ſit abſtractiua reſpectu rei extra. ſicut notit⁹ exterior ſeu ſenſus exterioris imediate terminat̃ ad ſenſibile extra ⁊ eſt intuitiua illius. Nō tn̄ ꝑ hoc nego habitum aliquē quo intuēs hmōi ſpēꝫ noſcit̃ dicitur illā eſſe ſpēꝫ ⁊ ſilitudinē rei alterius ſicut vbi ſupra expoſitū eſt. Sꝫ iſte habitus nō eſt elicitiu⁹ not̄ illius ad ſpēm imediate terminate. ¶ Preterea habitus vt nūc de hitu loqmur inclinat ad act⁹ ↄſiles hys ex qbus eſt genitus. notitia vo intuitiua rei extra. ⁊ notitia abſtractiua eiuſdē nō ſunt ſiles nec eiuſdē rōnis ēt ſm illā op. alibi igitur ꝙ eſt derelictū ex notitia intuitiua alicuius ⁊ nō inclinat ad notitiā intuitiuā eiuſdē: ſed tn̄ ad abſtractiuā. nō eſt habit⁹. Quicqd ergo ſit illud ꝙ ſic inclinat hꝫ ꝓpoſitū. ⁊ certe nō apparet aliud q̄ ſpēs. ¶ Nūc ad rōnes op. Rndēdū eſt. ⁊ ad eas qdē que fiūt ꝑ ↄcluſione pma ⁊ ēt ꝑ 2ª ſiue ſint efficaces ſiue nō. nō eſt opus rndere. qꝛ ↄcluſiones illas ↄcedo ſi intendāt negare ſpēm ad ſenſum ſupra poſitū. nō aūt ſi vltr: qꝛ vt dcm̄ eſt ⁊ ipſamet notitia ſpēs dr̄. nec ſic negare ſpeciem intendit op. illa. ¶ Silr 3ᵃᵐ ↄcluſionē ↄcedo ſꝫ dico ꝙ illud ſbuiū ē ſpēs: nec reſpectu talis notitie ſimplicis opꝫ ponere aliū hitū elicitiuū. Et tūc reſtat rndere ad rōnes tertie ↄcluſionis. ¶ Ad pmaꝫ dico pmo ꝙ nō oē ꝙ derelinquit̃ ex actu vel actib⁹ eſt habit⁹: accipiēdo h hitū vt in ꝓpoſito qnimo ⁊ ſpēs derelinquit̃ ex actu ſeu poſt actū intuitionis. ¶ Scdo dico ꝙ ſpēs ⁊ ſi ꝑcedat quoſdā actus ſcꝫ abſtractionis nō tn̄ oēm actū: qꝛ nō illū intuitiuū quo mediate eſt acqſita. ¶ Ad ſcdam nego minorē ſi ſumat̃ ad ꝓpoſitū. ⁊ ad ꝓbationē dico ꝙ nō loquet̃ phs de habitu aliquo qui ſit reſpectu talis ſimplicis notitie: ſꝫ reſpectu notitie ſcietialis ⁊ cōplexe. Scdo dico ꝙ reſpectu talis notitie ſimplicis intellect⁹ eſt in potētia accidētali per ipſam ſpēm nec aliud ad hoc eſt neceſſariū. ¶ Et cū vlterius dicit̃ ꝙ nullus experit̃ ſe eſſe in potētia accidētali reſpectu cognitionū niſi poſt intellectionē. ↄcedo: cū nec aliqs etiā hꝫ nāliter ſpēm ante oēm intellectionē. Et cū vlterius addit̃ ꝙ ſi ponerent̃ mille ſpēs ſbuīe ⁊c. Dico ꝙ iſtud eſt impoſſibile nāliter: ita bene ſicut eſt ipoſſibile de habitu ꝙ hēatur ante oēm intellectionē. Si tn̄ virtute diuina cāretur ante oēm actū ſpēs in itellectu: ⁊ cū illa etiā notitia qua cognoſceret̃ illā ſpēm eſſe ſimilitudinem alterius abſq; aliquo alio habitu talis vtiq; experiret̃ ſe eſſe in potētia accidentali ad huiuſmodi notitiā: ⁊ cū vellet poſſet illā elicere. ⁊ addo ꝙ quocūq; habitu poſito ſiue poſt intellectionē ſiue ante ⁊ nō poſita ſpecie repñſentatiua oppoſiti aut ea penitus abolita: ita vt reuocari non poſſit per intellectū nunq̄ intellectus poterit exire in talē notitiā abſtractiuā: ⁊ per ↄña nec experiet̃ ſe eſſe neq; erit in potētia accidentali ad illā: ſicut pꝫ per Augu. 2° de tri. ca. 3. ⁊ 5. Et ꝙ fortius eſt per experientiam ipſam ⁊ per iſta pꝫ ad 3ᵐ argᵐ. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ requirit̃ ſpēs ꝓpter repreſentationē obiecti: ⁊ vt ſuppleat vicē eius. vnde ſicut dicit Augu. 10. de tri. cap. 5. qꝛ nō pōt oīa ſecū introrſus tanq̄ in regionē incorporee nāe ipſa corpora inferre imagines eoꝝ cōuoluit ⁊ rapit. Et lib. 2. cap. 9. vt poſſit ingt eſſe viſio cogitantis: ideo ſit in memoria de viſione ſentiētis ſimile aliqd que ſe ita ↄuertat in cogitādo acies animi ſicut ſe in cernendo cōuertit ad corpus acies oculoꝝ. Itē. 12. ſuper Gen. cap. 29. dicit ꝙ cū pus videmus aliqd corpus ꝙ antea nō videmus: icipit imago eius eſſe in ſpiritu noſtro ꝙ cū illud abſens fuerit recordemur. Item phs 3° de aīa. Intellectiue ingt aīe phantaſmata vt ſenſibilia ſunt. ⁊ Cōmen. ibi cōmē. 29. dicit ꝙ imagines ſenſibiliū ſunt itellectui loco ſenſibiliū. multa alia teſtimonia poſſent induci ⁊ inducta ſunt vbi ſupra in pmo: qb⁹ apparet ipſas ſpecies non ob aliud nāliter fieri in nobis niſi vt res abſentes in illis ſeu per illas noſſe poſſim⁹. ⁊ ꝙ ita ad illas terminat̃ noſtra cognitio in abſentia reruꝫ quas repreſentant ſicut ad ipſas res cū pñtes exiſtunt. Tunc ad ꝓbationes que ſunt ↄtra hoc. ¶ Ad pmā cōcedo antecedens: ⁊ nego ↄñtiam. ⁊ ꝓbatio nullā hꝫ apparentiā. nō enī eſt ↄña ꝙ obiectū in abſentia: vel quādo oīno nō eſt ſe preſentet potētie: ſi dum actu eſt ⁊ debite oppoſitū ſe pñtat: ſeu potius ſic eſt pñs vt imediate cognoſci poſſit. ¶ Ad ſcdam ↄcedo ꝙ pñtatū pus eſt cognitum. ſ. per notitiā intuitiuā. ⁊ illā nō ꝑcedit ſpēs ſed cōmanicat̃ ⁊ remanet poſt illā: vt ex dictis ſatis apparet ⁊ ampli⁹ in pmo lib. ¶ Ad tertiā dōm ꝙ ſiue illud ſit veꝝ ſiue nō: nō tn̄ eſt cauſa in ꝓpoſito: ſed cā eſt ea que tacta eſt. vꝫ. ꝙ qꝛ res nō ſemꝑ pōt imediate per ſe ipſam obyci anime: ſiue qꝛ oīno deſyt: ſiue qꝛ abſens eſt ſubuenit natura ſeu potius deus iſtitutor nature: vt per aliqd ſimile rei nobis pñs ineſſet per qd rem abſentē vel nō iam exiſtentem noſſe poſſemus. ¶ Ad rōnes pro ↄcluſione quarta reſpondendū eſt. ¶ Ad pmā qdē dōm ꝙ nō oē obiectū ſenſus interioris eſt: aut etiā eſſe pōt obiectū ſenſus exterioris. Quis aliqd poſſit eſſe obiectū exterioris ſenſus ⁊ alicuius interioris. Qꝫ aūt eſt obiectū interioris ⁊ nō exterioris eſt ipſa ſpecies. Similiter ⁊ ſenſatio ſenſus exterioris. Sicut pꝫ per Aug. 2. de libe. arbi. cap. 7. 8. 9. ⁊ per phm 2° de aīa. ¶ Ad ſcdam dicendū ꝙ illa ſpēs nō eſt eiuſdē ſed alterius rōnis ab obto extra ⁊ cū aſſumit̃ ꝙ potētia potēs diſcernere iter indiuidua minus diſſimilia ⁊c. Dōm ꝙ ſimilitudo dupr pōt accipi. vno mō pro ↄueniētia eſſentiali ſm genus vel ſpēm. Sicut duo hoīes ⁊ duo indiuidua eiuſdē ſpēi dicunt̃ eſſe ſimilia. Alio mō pro ↄueniētia quadā accidentali qua imago ei cuius eſt imago dicit̃ ſimilis: ⁊ per oppoſitū pōt accipi diſſimilitudo. Si autē ꝓpoſitio aſſumpta intelligat̃ de diſſimilib⁹ diſſimilitudine oppoſita ſimilitudini. pmo mō ipſa nō eſt vera vltr: ⁊ pꝫ inſtantia. Nā ↄſtat ꝙ lup⁹ ⁊ ouis minus ſunt diſſimiles iſto mō: q̄ lupus ⁊ ſtatua lignea lupi: ⁊ tamē agnus bene diſtinguet inter lupū verū ⁊ ouē. Immo ⁊ inter ouem matrē eius ⁊ aliā ouē que adhuc plus conueniunt eſſentialiter. nō aūt iter lupū verū ⁊ ſtatuā lupi. Nā ſi vnā ſtatuā bene iperfectā videret: ita eā fugeret ſicut verū lupuꝫ. Alie inſtantie multe poſſent dari: ⁊ qꝛ in iſto ſenſu vt videt̃ procedit argumētū ideo nō ↄcludit. Si tamē intelligat̃ 2° mō tūc minor eſt falſa. Nā ſpēs magis eſt ſimilis rei cuius eſt ſm hūc moduꝫ ſimilitudinis q̄ duo indiuidua extra eiuſdē rōnis. ¶ Preterea maior illa eſto ꝙ quis vellet eā admittere deberet itelligi ſi cetera forēt paria in ſe ⁊ in ordine ad vim ipſam cognitiuā. ꝙ nō ↄtingit in ꝓpoſito. nā duo indiuidua extra pñt intuitiue apprehendi in diſtinctis locis: ⁊ ſimul ⁊ ſeorſuꝫ. nō ſic aūt de ſpecie ⁊ re extra. nunq̄ enī ſimul ⁊ res ⁊ ſpēs eius poſſunt ab eadē potētia intuitiue apprehendi neq; in diſtinctis locis neq; in eodeꝫ. ⁊ multe alie differētie hincinde poſſent aſſignari ꝓpter quas potentia illa nō ita pōt imaginē diſtinguere a re cuius eſt imago: ſicut duas res extra. Suppoſito ꝙ talis potētia interior poſſit intuitiue res extra apprehendere ſicut aliqui concedunt hoc eſſe poſſibile ↄcurrente tamē exteriori ſenſu. Et que dicta ſunt itelligi debent de potētia ſenſitiua de qua factū eſt argumētū. Quoniaꝫ ſi de intellectiua argueret̃. Dōm eſſet ꝙ illa vtiq; pōt diſtinguere inter rem ⁊ ſpēm eius. Sed de ſenſitiua magis pōt verti in dubiū. ¶ Ad aliud quo ꝓ⁹ in potētia poni habitū reſpōdendū eſt ſicut ad argumēta pro tertia ſua ↄcluſione. nā totū illō ſaluat̃ per ſpēm abſq; habitu nō aūt per habitū ſic ſumptū.

Quarto quero vtrū ſpēs quas a reb⁹ angelus recipit ſint cauſe intellectionū qbus res ipſas intelligit: vel ecōuerſo ipſe itellectiones ſint cāe ſpecierū. Et arᵒ. Fol. 62. col. 1. poſt lineā. 29. pmo ꝙ ſpēs ſint cauſe itellectionū: qꝛ vel ſpēs ſunt cauſe intellectionū. vel ecōuerſo. h pꝫ: qꝛ aliogn angelus poſſet acquirere ſpecies rerū eis nō intellectis: ⁊ eas nō intelligere non acquirendo ſpecies ⁊ vtrūq; falſuꝫ eſt. Sed intellectiones nō ſunt cauſe ſpecierū cum ipſe ſpecies nō ponantur niſi ꝓpter generationē intellectionū. effectus aūt nō ponit̃ vt cā eius generet̃: igit̃ ⁊c. reſtat ḡ ꝙ ſpecies ſint cauſe intellectionū. Sed qd ecōtra intellectiones ſint cauſe ſpecierū ꝓbat̃. Retenta maiore pmi argumenti. Sed ſpecies nō ſunt cauſe intellectionū. ꝓbatio: qꝛ vel eſſent cauſe nāliter agentes. vel libere. nō libere: qꝛ cām liberā nō neceſſario ſeqtur effectus: ⁊ per ↄña poſſent cauſari ſpecies in angelo nō cauſatis intellectionibus: ex quo vlterius ſeqtur ꝙ angelus poſſet habere de rebus notitias abſtractiuas nullis prehabitis intuitiuis: cuius oppoſitum ꝓbatum eſt in pmo di. 3. Nec etiā ſunt cauſe naturaliter agentes itellectionis: qꝛ ſi ſic ſequeret̃ ꝙ ſemper dum angelus haberet ſpēm rei ſimul etiā haberet actualē intellectionē eius ⁊ per ↄña: ꝙ tot res ſemꝑ actu intelligeret ⁊ tot diſtinctas intellectiones haberet: quot habet ſpecies. ꝙ videt̃ excedere vires create nature. relinquitur ergo ꝙ ſpecies ipſe nō ſint cauſe intellectionū: ſed ecōuerſo: intellectiones cāe ſpērū.

In iſta qōne duo erunt articuli: nā pmo videbit̃ de queſito.

¶ Scdo

¶Scđo vtrū angeli ſimul actualiter oīa intelligant quoꝝ hñt ſpēs. ad qđ tanq̄ ad incōueniens deducit zᵐ arᵐ.

Quantum ad pᵐ dico ꝙ qđ pōt intelligi tam de intellectione abſtractiua qua angelus per ſpēm tanq̄ per mediū cognitū intelligit rem cuius eſt ſpēs q̄ de intellectione intuitiua qua imediate in ſeipſa reꝫ apprehēdit. Si intelligat: ꝛ ſm hoc pono ꝯcluſiones .4. pma eſt ꝙ notitia intuitiua quaꝫ hꝫ angelus de re eſt cauſa. ſ. partialis ſpēi eiuſdē rei. ¶Secūda ꝙ ipſa notitia eſt cauſa ſpēi nāliter actiua: ſic ꝙ in agendo ſpeciem nō depēdet a volūtate niſi pro quāto dependet in eſſendo. Sed ꝙ ſtante notitia ipſa cauſet vel non cauſet ſpēm nō eſt in poteſtate volūtatis. ¶Tertia ꝯcluſio ꝙ ſpēs in mēte āgeli eſt cauſa actiua intellectionis abſtractiue qua angelus rem cuius illa eſt ſpēs intelligit. ¶Quarta ꝙ in cauſando hmōi intellectionem ipſa ſpēs aliquo mō dependet a voluntate. ¶Primā concluſionem declaro ex his que cōprehendimus in nobis: qm̄ nec aliter poſſumus de angelis aliquid per rōnem autumare: eo ꝙ nullā de ipſis experientiā habeamus arguo itaq̄ ſic. Viſio ſenſualis eſt cauſa ſpēi in memoria: igit viſio intellectualis ſeu intellectio intuitiua eſt cauſa ſpēi in intellectu. Aña pꝫ per Augu. zº de tri. ca. 9º. vbi ait ꝙ a ſpecie corporis qđ cernit: exorit ſpecies que fit in ſenſu cernētis: ꝛ ab hac ea q̄ fit in memoria. Species aūt in ſenſu cernentis eſt ſm eū vt ex ſtatim ſequentibus pꝫ ipſa met viſio: ſicut etiā ſpēs in acie cogitātis eſt viſio cogitantis ſeu cogitatio. Et ideo ſubdit: vt poſſit eſſe viſio cogitātis ideo fit in memoria de viſione ſentiētis aliqđ ſimile ꝛc. vt in ſuperioribus qōnibꝰ eſt allegatū. ꝯñtia pꝫ pro tanto: qꝛ ſic ſe hꝫ viſio intellectualis ad cōſtituendū memoriā intellectualē ſicut viſio ſenſualis ad cōſtituendū memoriā ſenſualē. memoria vō intellectualis nihil aliud eſt q̄ intellectꝰ ſpecie informatꝰ. ¶Nec obſtat ſi ponat ꝙ memoria ſit potentia realiter diſtincta a viſu: quoniā ꝛ ſi nō eſſet diſtincta ſed eadē: ſicut multi opinantur: quāuis concedant organa eſſe diuerſa: nihilominus adhuc ſpecies a viſione cauſaretur ꝛ non econuerſo. ꝛ ſimiliter erit in intellectu: qui ſimul eſt virtus apprehēſiua ꝛ memoratiua: ac per hoc ſpeciei conſeruatiua. Qđ maxime de angelis certum eſſe debet in quibus nulla via corporalis exiſtit.

Fol. 62. col. 3 circa finez linee. 29.

¶Premitto ꝙ angelū poſſe ex ſe nāliter intelligere cogitationē alterius pōt dupliciter intelligi. vno mō ꝙ ſic ex ſe ꝙ relictus ſuis nālibus poſita in intellectu alterius angeli cogitatione indebita approximatione: ꝛ deo nō ſubtrahēte cōmunē influentiam ſuā in ſua poteſtate ſic illā diſtincte ꝛ intuitiue intelligere: ita ꝙ nec ab angelo cogitante poſſit impediri quin illaꝫ intelligat. Alio mō ꝙ ſic ex ſe pōt: qꝛ poſita cogitatione in alio angelo ꝛc. vt dictū eſt: pōt alio angelo cogitante coagente ꝛ ſuā cogitationē quaſi oſtendente illam cognoſcere. In hoc ſecūdo ſenſu pro nunc nō vertitur queſtio: ſed in queſtione ſequenti diſcutietur ad ſenſum iſtum. Nunc autem ſm ſenſum pmū tractanda eſt: in quo ſenſu etiā vt pꝫ op. recitata loqt. ¶Hoc pmiſſo.

Fol. 62. col. 4. circa finē linee. 11.

¶Scđam ꝯcluſionē ꝓbo ſic. Cogitatio ꝛ affectio per ſe dependent in mouēdo intellectū ad notitiā ſui ſeu qđ eſt in cauſando intellectionē de ſe ab ipſa volūtate eius cuius ſunt. g̃ nec nullus angelus pter illas ex ſe nāliter diſtincte ꝛ intuitiue videre. ꝯſequentia nota eſt: qꝛ cū nec cogitatio nec affectio poſſit intuitiue ab aliquo intellectu creato nāliter cognoſcibili niſi ipſe partialiter cauſent ꝓprias notitias: vt etiā ambo pdicti doctores cōcedunt ipoſſibile eſt nāliter aliquē intellectū creatū eas intuitiue cognoſcere ſi ille nō ꝯcius cauſant ſuas notitias. Si aūt in cō cauſando dependent a voluntate ipſius cogitātis: ſeqtur ꝙ nō cōcurrente voluntate cogitantis ad hmōi motionē intellectus ꝛ cauſationē intellectionis nō erit poſſibile illas intelligi. Antecedens aūt ꝓbo. pmo ſic. Nō minus ſubſtātie ipio volūtatis cogitatio vel affectio alicuius ad mouendū intellectū alterius ad intellectionē ſui q̄ ſubſit ad mouendū intellectum in quo eſt. H pꝫ tam qꝛ ipſa nō minus eſt cognoſcibilis ab eo in quo eſt q̄ minus ei ꝓpterea ad cauſandū in ipſo intellectionē. imo vt videt magis. Nihil enī tam facile nobis eſt noſſe: q̄ nos intelligere ꝛ velle ꝛ ſimilia que mox vt volumꝰ experimur in nobis. ¶Hoc etiā videt ꝓbari ex dictis vtriuſq̄ opinantis: quoniam vterq̄ vult ꝙ cogitatio ipſa vniformiter cōparet intellectui cuilibet angelico eius in quo eſt quantū ad poſſe in illo cauſare intellectionē ſui. Sicut pꝫ in rōnibus eoꝝ recitatis. Sed in mouendo intellectū in quo eſt ſubſtantie vtriq̄ imperio voluntatis. Alioquin ipſa naturaliter cauſaret intellectionē ſui: ꝛ illa aliaꝫ: ꝛ ſic actualiter forent ſimul infinite intellectiones ſuper ſe reflexe. ¶Secundo. Non minus affectio ꝛ cogitatio ſubſunt imperio voluntatis quantum ad hoc ꝙ dictū eſt q̄ ipſe ſpecies exiſtentes in memoria ſenſitiua vel intellectiua ſubſunt volūtatis imperio ad mouendum intellectum eius in quo ſunt ad notitiam ſui pater. Sed iſte non poſſunt niſi ſm determinationem volūtatis mouere que eis pro libito vtitur.

¶Tertiā ꝯcluſionez ꝓbo ſic. Intellectio qua quis determinate intelligit aliqđ ſingulare ex nā ſua. ſic determinate eſt notitia illius ꝙ nō eſt notitia alicuius alterius quātūcūq̄ ſimilis illi: igitur ſi aliqs intellectus intelligit per illā aliquid aliud determinate intelligit illud cuiꝰ ipſa eſt notitia. ¶Quarto pōt ſic argui. Aliqua cogitatio nō pōt diſtincte ꝛ intuitiue cognoſci ab ipſomet angelo cogitāte: igit vnus angelus nō pōt nāliter intuitiue vidē cogitationes alterius. ꝯñtia videt ſatis patens. Antecedēs ꝓbat. Nā ſi angelus videt cogitationē aliquā ſuā: aut pōt videri cogitationē illius cogitationis ꝛ ſimul etiā cogitationeꝫ ſecūde cogitationis in infinitū ꝛ ſic ſeqtur ꝙ ſimul ſunt infinite cogitationes in ipſo. Aut deuenit ad aliquā quā videre nō pōt ꝛ habetur ꝓpoſitū: cuius inquā tanquā obiecti. Antecedens eſt certū per experientiā aliogn nunquā aliqđ indiuiduū diſtincte ꝛ determinate cognoſceret: nō cognitis aliis oībus ſibi ſimilibꝰ. pꝫ etiā per eādem ꝯtra cuiꝰ dictū eſt poſita iſta ꝯcluſio. Dicit enīꝫ in ſuo ſcđo in pma ꝯcluſione. Utrūꝫ angelus intelligat alia a ſe per eſſentiā ſuā vel per ſpēs. in ſoluēdo qđdā dubiū per eū motum ſic: lꝫ intellectio vel ſpēs ſi poneret aliter aſſimilet multis indiuiduis tamē ex nā ſua determinat ſibi ꝙ ducat intellectuꝫ in cognitionē illius obiecti a quo partialiter cātur: qꝛ ita determinat ſibi cāri ab illo obto ꝙ nō pōt cāri ab alio: ꝛ ſic iō in eius cognitionē ducit ꝙ nō ducit in cognitionē alterius: h ipſe.

Fol. 62. col. 4. poſt meᵐ linee. 36.

¶Aut ſi qua alia eſt h tū concurrit: cum igit ꝛc. ¶Et illud videt poſſe ex alio ꝯfirmari. nā cogitatio non videt ab hoie cognoſci niſi per quādam experientiā qua experit ſe hoc vel illud intelligere vel velle ꝛ ſic de aliis actibus quos experit in ſe: qui oēs pro nunc ſub vocabulo cogitationis cōprehēdant nō poſſet aūt h experiri niſi huius actus ſuas potētias informarēt: ſicut nec aliter ipſe per eos intelligeret vel vellet vt ſuperius dicebat. vnde ſi ipſa cōſeruaret ſic per ſe a deo ꝙ nō informaret intellectum ſicut per ipſam tunc intellectus nō intelligeret ſic nec eaꝫ intelligeret. quāuis eſſet eque ſibi propinqua vel indiſtās ſicut prius: nec ratio huius alia dari poteſt niſi qꝛ talis eſt conditio ipſius ꝛ intellectus.

Fol. 63. col. 1. poſt pncipiū linee. 39.

¶Ad pmū dico ꝙ ſicut circa voluntatē ꝯſueuimus diſtinguere de velle abſoluto ꝛ velle ꝯditionali ꝙ magis velleitas q̄ volitio dici ſolet: ſic circa appetitū in cōmuni poſſumꝰ diſtinguere de appetitu abſoluto ꝛ cōditionali. Cum g̃ dicit ꝙ actꝰ appetēdi aliqd ꝛ actus renuēdi idem ſunt ꝯtrarii. dico ꝙ eſto ꝙ iſtud ꝯcederet: ſi vterq̄ ſit actus abſolutus. nō tamē eſt verū ſi vnus abſolutus alter ꝯditionalis. ſuppoſito etiā ꝙ talis actus conditionalis ſic actus elicitus ꝙ forte falſum eſt. vnde volitio actus ꝛ nolleitas eius nō ꝯtrariant: nec ſunt incōpoſſibiles nō ſolū in eodē hoie: ſed nec etiā in eadem potētia. Sicut pꝫ de ꝓiciente merces in mare qui abſolute vult ꝓicere ꝛ cōditionaliter nollet: puta ſi poſſet aliter euadere. ꝛ iſto mō intelligende ſunt auctoritates dicētes appetitus ꝯtrarios eſſe in eodē. Primo aūt mō loquendo de appetitibus. ſ. vtroq̄ abſoluto forte poſſet dici ꝙ nec in eadē potentia nec in eodē hoie ſunt ſimul. vnde nūquā aliqs ſimul abſolute vult aut appetit aliqd ꝛ abſolute non vult ſeu renuit illud idē. Cōtingit tamē alicui videri oppoſitum ꝓpter imperceptibilitatē. q. ſucceſſionē ꝯtrarioꝝ appetituum in eodē hoie q ſm ſuccedētia ſibi iudicia ex diuerſis cauſis ꝓuenientia nūc aliqd appetit ꝛ mox renuit illud idē.

Fol. 78. col. 1. poſt med. linee. 36.

¶Scđo ſi quis vellet tenere ꝙ nulla aīa ſenſitiua diſtincta ab intellectiua ꝓducit ante intellectiuā nec etiā ſimul cū intellectiua in generatione hoīs pōt dici ꝙ ſi attendat nobilitas ꝯditionis in generando pciſe penes formā quā generans ꝓducit quo ad hoc homo eſt ignobilior aliis: eo ꝙ alia perfectiorē formam ex ſe producunt. ſimpliciter tū homo eſt nobilior illis: nec iſtud eſt incōueniens cū nō ſolū aīalia: ſed ꝛ ipſe ignis hoc mō ſit pfectior angelo: nā formā ſubſtātialē pōt ex ſe ꝓducere nō aūt angelus. ꝛ tamē ſimpliciter angelus eſt illis perfectior. Nec pma ꝓbatio ad ꝓbandū hoc eſſe falſuꝫ. vꝫ. qꝛ ſicut nō eſt dōm ꝙ natura deficiat homini in neceſſariis qꝛ nō dedit ſibi virtutē ꝓducendi aīam intellectiuā per quā homo eſt homo: ſic nec qꝛ non dedit ſibi vt poſſet producere aīam aliquā ſenſitiuā. ꝛ vtriuſq̄ ratio eſt: qꝛ nec hoc nec illud fuit ſibi neceſſariū: eo ꝙ auctor nature deus ſic naturali curſu humanaꝫ naturā adminiſtrat etiā huiuſmodi formā cōgruenter corpori tribuit: vt humana ſpēs in ſibi neceſſariis non deficiat. Ad aliam ꝓbationeꝫ pōt concedi ꝙ potētia generatiua in homine eſt perfectior quo ad eſſentiam q̄ potentia generatiua in aliis: nō tamē quo ad effectum. Vel ſm modum loquēdi aliquoꝝ modernoꝝ ipſa potentia eſt

Fol. 78. col. 2. poſt pnᵐ linee. 23.

perfectior eſſentia ſed nõ eſt perfectior potẽtia: nec hoc eſt incõueniens. Uno tñ mõ poſſet dici etiã perfectior potentia: q2.ſ. ad perfectionẽ effectũ perfecte ⁊ vltimate diſponit. ¶ Ad aliaʒ de nobilitate cõplexionis: dico ꝙ inde nõ ſequit̃ ꝙ aliq̃ forma cõplexionalis ꝓprie loquẽdo.i.que ex cõplexione virtute nãlis agẽtis generat̃: ſit in hoie nobilior alijs: ſed ſufficit ꝙ nobilior forma corpus taliter complexionatum perficiat̃: ⁊ ſic eſt. Naʒ corpus ſic nobiliter complexionatum nobiliſſima forma.ſ. anima intellectiua perficitur.

¶ Diſtinctionis.26.27.⁊.28. Queſtio. j.

Fol.24.col.3.poſt lineã 15.

Circa diſt.26.⁊ duas ſequẽtes in quibus Magiſter agit de grã operante ⁊ cooperante per quã iuuatur liberũ hoĩs arbitriũ ad bene operandũ ⁊ ad malum vitãdũ. quero primo vtrũ homo ſm pñtẽ ſtatũ ſtante influentia dei generali poſſit per liberũ arbitriuʒ ⁊ nãlia eius abſq3 ſpãli grã dei auxilio agere actũ aliquẽ moraliter bonũ. Et arguit̃ ꝙ ſic. primo q2 homo nãliter põt iplere precepta legis ſcripte: igit̃ ⁊ nãliter põt op⁹ moraliter bonuʒ facere. Añs pʒ per Apſm.ad Ro.2. Cum.n.gẽtes inqt que legẽ nõ hñt nãliter ea que ſunt legis faciunt ipſi ſibi ſunt lex ⁊c̃. ↄ̃ña ꝓbat̃ qm̃ talis lex nõ niſi bona opera pcipit. dicente Aplo infra ca.7. lex qdẽ ſancta ⁊ mandatũ ſanctũ ⁊ bonũ ⁊ iuſtũ. ¶ Cõfirmatur per illð Hiero.in epla ad demetriadẽ virginẽ. Quã eñi multos phõꝝ ⁊ audiuimus ⁊ legimus ⁊ ipſos vidimus: caſtos: patientes: modeſtos: liberales: abſtinentes: benignos: ⁊ amatores iuſtitie nõ minus q̃ ſapiẽtie. Unde queſo hoib⁹ alienis a deo iſta que deo placẽt? vnde h̃ illis bona: niſi de nãe bono? h̃ ille. ¶ Secũdo. Sicut pʒ ex ſacra ſcriptura homini a deo pcipit̃ ⁊ ſuadet̃ vt agat opera virtuoſa: igit̃ ipſe põt talia opera facere. pʒ ↄ̃ſequẽtia: q2 alias fruſtra darent̃ talia precepta ⁊ exhortationes. ¶ Confirmat̃ per illud Hiero.in expoſitione fidei catholice. Execramus etiã coꝝ blaſphemiã qui dicunt ĩpoſſibile aliquid hominis deo eſſe preceptũ: ⁊ mandata dei nõ a ſingulis: ſed ab omnibus poſſe ſeruari. ¶ Tertio. Si homo nõ poſſet talia bona agere: nullus ea non faciendo peccaret: vt enim ait Augu.in li.de duab⁹ aiabus. vltra mediũ. Dicere peccati reũ teneri quẽq̃: q2 nõ fecit qð facere nõ potuit ſũme iniquitatis eſt ⁊ iſanie. Sed hoc eſt erroneum: q2 ſm illud nullus peccaret nõ implendo diuina precepta.

Ad oppoſitum eſt qð ait Augu.in de pde. ſanctoꝝ iuxta principiũ. Nemo inquit ſibi ſufficit ad incipiendum vel perficiendũ qðcũq3 opus bonum: ſed in omni opere bono ⁊ incipiẽdo ⁊ perficiendo ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. ¶ Hic erunt articuli duo. Naʒ primo dicet̃ ad queſitũ. ¶ Secundo contra dicta arguetur ⁊ ad argumẽta reſpondebit̃.

Quantum ad primũ q2 pluriuʒ modernoꝝ eſt opio ꝙ homo per ſola ſua nãlia cuʒ cõmuni influentia dei ⁊ in ſtatu pñti ⁊ nature lapſe actũ bonũ moraliter.i. ↄ̃formẽ recte rõni ſm oẽs circũſtantias requiſitas ad hoc vt actus ſit virtuoſus ⁊ moraliter bonus põt elicere. v.g. diligere deum ſuper oia dolere ⁊ deteſtari peccatũ cõmiſſum: ⁊ ꝙ dei offenſiuũ. ⁊ ſic de alijs: quoꝝ pncipale motiuũ eſt: q2 cuilibet recto dictamini rõnis practice põt volũtas ſe ↄ̃formare. Etiã ⁊ in idẽ redit q2 circa obiectũ apprehẽſum volũtas põt exire in actũ: ⁊ nõ neceſſario defectiuũ. Ex qbus ſicut pʒ ſeqt̃ ꝙ nõ ſolũ aliquẽ actũ moraliter bonũ hõ nãliter põt agere. Sed ſʒ q̃libet ſpẽm boni moralis põt bonũ actũ elicere. ¶ Que opio q̃tum mihi apparet ſalua debita opinantiũ reuerẽtia cadit rectiſſime in errorẽ pelagij qñimmo efrenatius deuiat a doctrina catholica idcirco: primo oſtẽdã ꝙ deũ eſt. deinde ↄ̃tra op.in ſe ponã ↄ̃cluſiones tres. prima erit ꝙ in ſtatu iſto nullũ actũ moraliter bonũ homo põt agere ex ſe ſiue per ſola naturalia cũ cõmuni tñ influentia dei. Sʒ ad quodlibet hmõi peragendũ indiget ſpãli in auxilio dei. ¶ Secũda ꝙ homo ſm hũc ſtatũ ex ſe abſq3 ſpãli auxilio dei nõ poteſt habere aliqð rectũ dictamẽ practicũ. ſeu cognoſcere quid ſit volendum: aut nolendũ: agendũ: vel vitanduʒ: ⁊ loquor ſemper de hijs que pertinent ad vitã hominis bonã vel prauã moraliter. ¶ 3ª ꝙ ſuppoſito ꝙ homo habeat verã notitiã de agendo: adhuc ſine ſpeciali auxilio dei non poteſt cõformiter velle ⁊ ↄ̃formiter operari. ¶ Ad euidẽtiã primi ſciendum ꝙ pelagius diſtinguens inter poſſe: velle: ⁊ agere. Solũ poſſe dicebat nobis a deo eſſe. ⁊ ideo ſm eũ non eſt in noſtra poteſtate: vt poſſimus bñ vel male: aut poſſimus bene vel male operari. Jn noſtra aũt ptãte eſt bene ⁊ male velle ⁊ bene ac male agere: nec ad iſta diuino indigemus auxilio. vnde ſm ꝙ recitat beatus Aug.lib.primo de grã chriſti ⁊ peccato originali ca.4. quẽ librũ fuiſſe Augu. pʒ 2° retracta. cap.50. ipſe Pelagius in lib. ſuo 3° pro libero arbitrio. ait ſic. Nos ſic tria iſta diſtinguimus ⁊ certũ velut in ordinẽ digeſta partimur. Prima loco poſſe ſtatuimus. 2° velle. 3° eſſe. Poſſe in nã: velle in arbitrio: eſſe in effectu locamus. Primũ illud.i. poſſe ad deũ ꝓprie pertinet qui illud creature ſue ↄ̃tulit. Duo vo reliq̃. hoc eſt velle ⁊ eſſe: ad hoiem referẽda ſunt: q2 de arbitrij fonte deſcendunt. Ergo in volũtate ⁊ opere bono laus hoĩs eſt: imo hoĩs ⁊ dei q ipſi⁹ volũtas ⁊ operis poſſibilitatẽ dedit quiq3 ipſaʒ poſſibilitatẽ grẽ ſue adiuuat ſemper auxilio. Qð vo põt homo velle bonuʒ atq3 perficere ſolius dei eſt. põt itaq3 illud vnũ eſſe etiã ſi duo iſta nõ fuerint. iſta vo ſine illo eſſe non poſſunt. Itaq3 mihi liberũ eſt: nec volũtatẽ bonã hẽre nec actionem. nullo aũt mõ poſſum nõ hẽre poſſibilitatẽ boni. Ineſt mihi etiã ſi noluero nec ociũ ſui aliqñ i hoc nã recipit. Quẽ nobis ſenſum exẽpla aliqua faciant clariorẽ. Qð poſſum⁹ videre oculis nrm̃ nõ eſt. ꝙ vo bene aut male videmus: hoc nrm̃ eſt. Et vt gñaliter vniuerſa cõplectar. ꝙ poſſum⁹ oẽ bonũ facere. dicere: cogitare. illius eſt q hoc poſſe donauit: q hoc poſſe adiuuat. Qð vo bene vel agimus vel loquimur vel cogitamus nrm̃ eſt: q2 h̃ oia vertere in malũ etiã poſſum⁹. H̃ oia ſunt vba Pelagij. Clarũ aũt eſt ꝙ ab iſta ſententia op. premiſſa nõ diſcordat cũ dicat nos per ſola nãlia bene agere poſſe. Et q2 poſſet reſponderi ꝙ nec in hoc errauit Pelagius: lʒ errauerit in alijs: ecce qd ſtatiʒ cap.6. Augu. explicans cur Pelagius in premiſſis verbis interpoſuerit. Quiq3 ipſam poſſibilitatẽ ⁊ ait. Sed ne nihil de gratia dixiſſe videret̃ adiũxit. Quiq3 ipſam poſſibilitatẽ grẽ ſue adiuuat ſemper auxilio. Non ait ipſam volũtatẽ vel ipſaʒ operationẽ: qð ſi diceret. nõ abhorrere a doctrina apoſtolica videretur. Ex qbus manifeſte dat̃ intelligi: ꝙ q2 illud nõ dixit ipſe ab apoſtolica doctrina abhorruit. ¶ Preterea idẽ Augu.in hypoſt. iuxta principiũ huius dogmatis ponens articulos. Duius inquit dogmatis iſte ſunt nefande blaſphemie. Adã inquiunt ⁊c̃. ⁊ ſequit̃. Ipſuʒ poſſe hoiem per liberũ arbitriũ tanq̃ per ſe ſibi ſufficiẽtem implere qð velit. H̃ illud coꝝ dictũ dicit eſſe blaſphemiaʒ. ¶ Preterea in libro de hereſibus.ca. penul. Pelagiana inquit hereſis ⁊c̃. ſeqtur. Hij gratie dei intãtũ inimici ſũt: vt ſine hac poſſe hoiem credant facere oia diuina mãdata. Cum ſi hoc verum eſſet fruſtra dñs dixiſſe videret̃: ſine me nihil poteſtis facere. per que dñi verba nõ ſoluʒ non omnia eius mandata ſine ſua gratia: ſed nec aliqua nos poſſe mõſtratur. ¶ Item in epiſtola cuiuſdam concilij carthaginenſis ad papam Innocentiũ primum celebrati ſub Aurelio epiſcopo carthaginenſi: ſic habetur. Pelagium ⁊ celeſtium auctores nefarij prorſus ⁊ a nobis omnibus anathematizandi erroris aduertimus. ⁊ ſeqtur. Iſti aſſerunt in eo dei gratiã deputandã ꝙ talem hominibus inſtituit creauitq3 naturam: que per ꝓpriã voluntatẽ legẽdi poſſet implere ſiue naturaliter in corde ↄ̃ſcriptã ſiue in litteris dataʒ. In reſcripto aũt pdicti Innocẽtij ad pſtatum cõcilium: quãtuʒ ad hunc articulum ſic papa ↄ̃cludit. Quiſquis ergo huic aſſentiens videt̃ eſſe ſententie: q2 dicat adiutorio nobis nõ opus eſſe diuino: inimicum ſe catholice fidei. ⁊ dei beneficio profitet̃ ingratum. Itẽ in cõcilio milenitano tpe Archadij ⁊ honorij imperatorum. Et pape predicti Innocentij ſub eodem Aurelio epõ celebrato. Sic habetur ca°.5. Itẽ ſiqs dixerit eandem gratiam per Jeſuʒ chrm̃. d.n. propter hoc tñ nos adiuuare ad nõ peccãdum q2 per ipſam nobis reuelatur intelligentia mãdatorum vt ſciamus quid appetere. quid vitare debeamus. nõ autem per illam nobis preſtari vt qð faciendũ cognouerimus facere debeamus atq3 valeamus. Anathema ſit. Quis autẽ non videat hoc eos dicere qui aſſerunt ex puris naturalibus nos deũ poſſe diligere ſuper oia. in quo ſm ſniam ſaluatoris tota lex pẽdet: ⁊ cuilibet recto rõnis dictamini non poſſe voluntatem ↄ̃formare ſine ſpãli auxilio dei. Immo eo amplius ſe nõ agere dei gratia monſtrant quo nec ad cognoſcendum quid agendum nobis ſit vel vitãdum dicũt nos egere diuino auxilio: ſed id per ſola noſtra naturalia poſſe. ¶ Itẽ idẽ Aurelius epiſcopus in epiſtola quã ſcripſit ad oẽs epõs per bizantenam ⁊ arzigitanaʒ prouintiam ↄ̃ſtitutos de damnatione pelagij atq3 celeſtij hereticorum. primo ponit dogma pelagij.d. Cum diceret.ſ. pelagius adaʒ immortale factũ ⁊c̃. ſequitur. Et grãm dei atq3 adiutorium non ad ſingulos actus dari. ſed in lib. arbi. eſſe vel in lege atq3 doctrina ⁊ infra. H̃ omnia pelagius anatemathiʒauit ⁊c̃. Deinde ponens dogma catholicum ſingulis articulis pelagij opponit articulos catholicorum: ⁊ ↄ̃tra eum qui nunc pelagij recitatus eſt. ſic ait. Ut ↄ̃fiteat̃ gratiam dei ⁊ adiutorium etiam ad ſingulos actus dari ⁊c̃. ¶ Qz ſi iſti h̃ conſentiant. Aut igitur ſine tali adiutorio poſſemus illa eadem: licet forte: nõ ita faciliter vel difficilius. ⁊ tunc conſentitur pelagio: qui vt dicit Augu.in de hereſibus vbi ſupra increpatus a fratribus ꝙ nihil tribueret adiutorio gratie dei ad eius mandata facienda correptionem eorum hactenus

ceſſit; vt

eſſet: vt non eam libero arbitrio preponeret ſed in fideli callidi tate ſupponeret. dicens ad hoc eam dari hominibus vt que fa cere per liberum iubentur arbitrium facilius poſſint implere per gratiam. dicẽdo vtiqꝫ vt facilius poſſint voluit credi etiaꝫ ſi difficili⁹ tñ poſſe homines ſine gratia dei facere iuſſa diuina. Illam vo gratiam ſine qua nihil bene poſſumus facere nõ eſſe dicuntur niſi in libe. arbi. qͦ nullis ſuis meritis precedentibus ab illo accepit noſtra natura. ꝛ hoc vtiqꝫ damnatum etiam eſt prealiegato ꝯcilio. ¶ Aut ſine tali adiutorio nequaqꝫ poſſum⁹: ꝛ tũc ſequit ꝙ nõ ex puris nãlibus illa poſſim⁹.

Fol.95.col.1. circa finẽ li nee.62. ¶ Sexta ſuppõ eſt. ꝙ hõ in ſtatu pãti nõ eſt ex ſe ſufficientioꝛ ad habendum bonum velle qꝫ diabolus. Ꝺ patet per Augu. de ſi. ad pe. caꝑ.3. vbi ait ſic. Si poſſibile eſſet vt humana natura poſtqꝫ a deo auerſa bonitatem perdidit voluntatis ex ſe ipſa rurſus eam habere potuiſſet. multo poſſibilius hoc natura haberet angelica que quãto minus grauatur pondere terreni corporis tanto magis hoc eſſet poſita facultate. ꝙ dictum non eſſet ve rum ſi ad habendum bonum velle homo ex ſe ſufficientioꝛ vel potentioꝛ eſſet qꝫ diabolus.

Fol.96. col.1 circa finẽ li nee.54. ¶ Sexto. Si hõ rẽ. ſeqꝫ ꝙ homo in iſto ſtatu eſt ex ſe potentioꝛ ad habẽdum bonũ velle qꝫ diabolus. ꝯñs eſt ꝯtra ſuppoſitioneꝫ ſextã: ꝯñs ꝓbat qꝛ diabolus nõ poteſt ex ſe habere aliqͦ velle moralr bonũ. Sicut expreſſe dicit Aug. de ſi. ad pe. ca.3. Unde ꝙ hn̄ põderandum eſt ibideꝫ ex hoc medio vult probare ꝙ homo nõ poteſt ex ſe habere aliquã bonã cogitationem vel bonã vo luntatem ꝙ nũc principaliter etiam inquirit. Ait eniꝫ ſic. Bone volũtatis initiũ ꝛ cogitationis nõ homini ex ſe ipſo naſci ſed di uinitus ꝛ preparari ꝛ tribui in eo deus euidẽter oſtẽdit ꝙ neqꝫ diabolus neqꝫ aliquis angelorum eius ex quo ruine illius meri to in hãc inferiorem decurſi ſunt caliginem bonam potuit aut poterit reſumere voluntatem. Q. ſi poſſibile eſſet rẽ. vt in pro bãdo ſuppõnẽ recitatũ eſt. ¶ Item in epla ad vitaleꝫ dicit. Nec ipſe diabolus arbitrium hꝫ liberum ad bñ faciendũ: ſed in maxi mã maliuolentiam pena ſui ſceleris obduratum. ¶ Ex qua au ctoꝛitate pꝫ eũ negare a diabolo poſſibilitatẽ nõ ſolum volunta tis meritoꝛie ſicut forte aliquis vellet gloſare: ſed ẽt voluntatis moꝛaliter bone cum dicat eum obduratum in maliuolẽtia: que non eſt aliud qꝫ mala volitio.

Fol.88. col. 4. ante me. linee.39. ¶ Tertio quamuis non ſequatur ꝙ homo poſſit ex puris natu ralibus mereri vitam eternam ad illum ſenſuꝫ qꝫ dat reſpõſio: ſequitur tamẽ ꝙ homo poteſt ex puris naturalibus ea facere ꝓ quibus in premium habebit vitam eternã ꝙ vtiqꝫ falſum eſt: ꝛ dico ꝙ iſtud ſequi ſi teneaꝛ dictũ op̄. cum ſuis fundamẽtis: nam ex illis eque ꝯcludiꝛ de quolibet actu cadẽte ſub precepto diui no: ꝛ ſic illa hꝫ ponere ꝛ ita ponũt cõiter eam tenẽtes ꝙ homo ex puris nãlibus põt implere oĩa precepta moralis quãtum ad ſubam operũ: ſeu ꝙ ideꝫ eſt: agere queciqꝫ agi ꝓcepta ſunt ꝛ vi tare que ſunt iuſſa vitari. Q2 aũt illud ſequaꝛ pꝫ expſſe per ꝯñaꝫ Aug. cõtra pela. in de natura ꝛ gra. circa pn̄. vbi ſic arguit. Na tura humani generis ex illius vni⁹ preuaricatoꝛis carne ꝓcrea ta ſi poteſt ſibi ſufficere ad implendam legem perficiendamqꝫ iuſtitiam de premio debet eſſe ſecura hoc eſt de vita eterna. etiã ſi in aliqua gente aut aliquo ſuperioꝛe tempoꝛe fides eaꝫ latuit ſanguinis chꝛiſti. Nõ eniꝫ iniuſtus deus qui iuſtos fraudet mer cede iuſtitie. ecce clare poſita cõſequentia. que ꝯfirmari poteſt per verbum chꝛiſti. Matth.19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mãdata. ꝛ Prouer.7. ſcribitur ſerua mãdata mea ꝛ viues. Qͦ vero conſequens ſit falſum: pꝛobat ſtatim ſubdens. Qͦ ſi fieri potuit aut poteſt: hoc ego dico ꝙ de lege dixit apoſtolus. chꝛs gratis moꝛtuus eſt. Si enim hoc ipſe dixit de lege quaꝫ accepit gens vna iudeoꝛũ: quãto iuſtius dicitur de lege nature quaꝫ ac cepit vniuerſum genus humanum: ſi per naturaꝫ iuſtitia: ergo chꝛiſtus gratis moꝛtuus eſt.

Fol.96.col. 2. poſt lineã. 10. ¶ Ex alio inſuper ſumpto eandem cõcluſioneꝫ cõfirmo. Sãctus ſi quidem proſper in libro ſuo pro predicatoꝛibus gratie quem fecit contra vnam collationem Caſſiani intitulatam de prote ctione dei. ꝛ eſt.13. in numero totali collationuꝫ. ꝛ.3ᵉ in numero collationum 2ᵉ partis. in qua collatione Caſſianus multa loq tur de gratia dei ꝛ poteſtate liberi arbitrij. Duodecim circa di ctam materiaꝫ notat ſententias Caſſiani quas diffinitiones vo cat. ꝛ primam tñ laudat ꝛ approbat tanqꝫ catholicam: ceteras vero damnat ꝛ reſpuit tanqꝫ repugnantes catholice veritati. Hinc ne legentes illam collationem laberentur erroꝛe pia pa trum diligentia vt eſtimo factum eſt ꝙ ille diffinitiones in pre dicta collatione notarẽtur: ꝛ cuilibet ſigillatim correptio ꝛ re pꝛobatio beati proſperi breuiter ex prenominato eius libro ex cepta ingereretur ne falſitas pro veritate reciperetur. Et taliter in omnibus pene libris dicta collatio correcta inuenitur. ¶ Ce teris autem pro nũc propter breuitateꝫ obmiſſis quibus nihil ominus preſens cõfirmatur propoſitum: tres tñmodo memo ro ſcilicet tertiam ꝛ ſcribitur ibi ca⁹.9. in qua Caſſianus ait ſic. Niſi ꝙ in his omnibus ꝛ gratia dei ꝛ libertas noſtri declara tur arbitrij. Et qꝛ interdum ſuis etiam motibus homo ad virtu tum appetitus poſſit extẽdi: ſemper vero a domino indiget ad iuuari. Hanc reprehendit ſanctus proſper. propter illud. Et qꝛ interdum ſuis etiam motibus rẽ. dicens. Quaſi medicus noſter non etiam hoc donet moꝛbidis vt verum deſiderent ſanitateꝫ. Item quartam que ſcribitur ibi cap⁹.10. in his verbis. Ut aũt euidẽtius clareat etiam per nature bonuꝫ quod beneficio crea toꝛis indultum eſt: nos nunqꝫ bonarum voluntatum prodire ꝓn cipia que tamẽ niſi a domino dirigatur ad cõſumationem virtu tum prouenire non poſſunt: apoſtolus teſtis eſt dicẽs. Uelle n. adiacet mihi. perficere autem bonum nõ inuenio. Hanc inqꝫ ſic reſpuit ſanctus proſper. d. Quaſi apoſtolus ex naturali af fectu ꝛ nõ ex gratie dono bonã habeat voluntatem: qui pꝛofite tur ex deo ſibi eſſe ſufficientiã etiaꝫ cogitandi. Uenio ad. 8. que caꝑ.12. illius collationis ſcribitur ſic. Unde cauendũ nobis eſt: ne ita ad deum omnia ſanctoꝛum merita referamus: vt nihil niſi id qͦ malum atqꝫ peruerſuꝫ eſt humane aſcribam nature. contra hanc ſic ait Proſper. Quaſi natura ante gratiaꝫ non ſit in damnatione. non ſit in cecitate. non ſit in vulnere. ¶ Ex his euidenter colligitur caſſianum reprehendi ꝛ impꝛobari in hoc ꝙ dixit. hominem poſſe ex ſuis motibus abſqꝫ dei gratia aliqñ extendi ad appetitum virtutis: ex quo ſequitur dicendum eſſe ſi reprehenſio iuſta ſit: ꝙ homo non eſt ex ſe ſufficiens etiã ad actum deſiderandi virtutem. Reprehẽditur quoqꝫ in eo ꝙ vo luit: non nunquã in nobis ex libero noſtro arbitrio ſine adiuto rio gratie bonarum voluntatum prodire ꝓna. quãuis illa non poſſint ſine dei adiutoꝛio ad perfectionem peruenire virtutuꝫ. Ex quo ſequitur eſſe fatendum ꝙ nullam bonam voluntatem etiam non ex toto perfectam: ex nobis ſine dei adiutoꝛio habe re valemus. Reprehenditur etiam in eo ꝙ ait: nõ eſſe aſcriben dum nature humane ante adiutoꝛiuꝫ gratie niſi id tñmodo qͦ eſt malum atqꝫ peruerſum: ex quo ſequitur eſſe dicendum: ꝙ homo nondum adiutus a gratia dei nullum actũ moꝛaliter bo num ſeu virtuoſum penitus habet: ſed tñmodo vitioſuꝫ ꝛ ma lum. Cum natura noſtra ante gratiam ſit in damnatione: in ce citate. i. ignoꝛantia: ꝛ in vulnere. i. vulnerata ꝛ infirma. ¶ Huic fauet ſententiam beati Bernardi aſſerentis ꝙ nullos etiam co natus ad bonum deo non excitante nos ad illos habere poſſu mus ad malũ vtiqꝫ poſſumus: ex quo patet ꝙ de adiutoꝛio aliq ab influentia generali loquitur. cum ſine illa nullus ad bonum vel ad malum conari poſſit aut quicquã cogitare. Sunt autem verba beati Ber. iſta. que ſcribit in lib. de. g. ꝛ libe. arbi. ca.4.0. ſm cotationem libri quem vidi. Liberi arbitrij conatus ad bo num ꝛ caſſi ſunt ſi a gratia non adiuuentur ꝛ nulli ſi non excitẽ tur. Ceterum in malũ dicente ſcriptura proni ſunt ſenſus ꝛ co gitationes hominis. ¶ Ex his autem ſequitur ꝙ ſine ſpeciali adiutoꝛio dei homo non poſſit agere aliquem actu moꝛaliter bonum ſeu vere virtuoſum: nullus eſt qui non videat. Quomo do enim poteſt agere virtuoſe ex ſe qui ex ſe nõ poteſt ratione conari ad bonum aut deſiderare virtutem: nec ſufficit ſibi niſi ad id qͦ malum eſt atqꝫ peruerſum.

¶ Et ꝙ in hoc ipſe merito reprehenderit caſſianum euidens te ſtimonium eſt ꝙ pene in omnib⁹ libris illa collatio caſſiani ad iunctis correctionibus ſancti proſperi ad clauſulas reprehen ſas quas proſper diffinitiões appellat ſcripta reperitur. Hoc vt eſtimo prouidente pia ſollicitudine patrum ne quis per ea que male ibideꝫ interſerta ſunt in erroꝛem incaute laberetur. ¶ Item cum beato Augu. fuiſſet a pelagi obiectum eum dice re vel ex dictis eius ſequi. Fol.96. col. 2. poſt pn̄ᵐ linee.20.

¶ Sed confirmo per aliam eiuſdem contra Julianum lib.6. ca. 26. dicentis. de ignoꝛantia ꝛ concupiſcentia oꝛiginaliter cõtra ctis. Remittuntur ergo in renaſcentibus. minuuntur in profi cientibus. Ignoꝛantia minuitur veritate magis magiſqꝫ lucen te. concupiſcentia minuitur charitate magis magiſqꝫ feruen te. Nihil boni habuit duorum eſt a nobis. Non enim ſpiritum huius mundi accepimus: ſed ſpiritũ qui ex deo eſt vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. ꝛ ſunt verba Apoſtoli. pᵉ ad Coꝛi. 2. Ecce ꝙ non ſolum conſumptio vel expulſio ignoꝛantie eſt a nobis: ſed nec minutio. quinimmo dei eſt donũ. ¶ Item Hug. de ſac. libro primo par.7. caꝑ.37. Anima inquit rationalis coꝛ pori humano infuſa niſi per gratiam adiuuetur neqꝫ cognitio nem veritatis percipere neqꝫ concupiſcentie carnis ſue reſi ſtere poteſt ꝛ loquitur de veritate cuius ignoꝛantiam oꝛigina liter homo contrahit. Fol.97. col. 2. ante med. linee.44.

Fol.97.col.2.poſt me[m] linea.49. ¶ Pro preſenti ſtatu ſtante dei influentia generali pōt abſq; dei ſpāli auxilio cognoſcere quid agendū vel vitādū;.in his que ad moralē pertinent vitā efficax eſt ⁊ ſalua reuerentia Ven. Magiſtri mei inſoluta. Arguebā eni ſic. Si homo pōt abſq; ſpeciali dei auxilio ⁊c̄. vel ipſe pro damnatione p̄me culpe nō incurrit ignorantiā agendoꝝ. vel a tali pena ipſe abſq; dei gratie ſufficit ſe liberare: cuius ꝯſequētie vtrāq; partē ꝓbaui eſſe falſam ex auctoritate Auguſtini p̄mo retra. ca.9. ¶ Ad hanc reſpondēdo Magiſter ven. diſtinxit de agendis pertinentib⁹ ad fidē ⁊ fidei ſacramēta: ⁊ de pertinētib⁹ ad vitā moralem vt moralis eſt. de p̄mis dixit nō eſſe ſermonē ad ꝓpoſitū. de ſecūdis aūt conceſſit ꝯñs quātum ad p̄mā partē dicens: q̄ homo nō incurrit pro damnatione illa ignorantiā agendoꝝ pertinentiū ad vitā moralē vt eſt moralis. Hoc aūt nō eſſe ꝯcedendū nunc eſt ꝓbatū. verū eſt q̄ ipſe addidit vnā dictionē .ſ. oīmodā. vnde dicit q̄ homo nō incurrit oīmodā ignorantiā agendoꝝ. per qd̄ qd velit intelligere videat ipſe. ſufficit eni mihi vt ſupra dixi: q̄ de nullo agendo vel vitando habeat ſufficientem notitiam. nam ſiue nullam ſiue aliqualē: nō tamē ſufficientē hēat nō poterit hēre ſm̄ illam actū bonū moraliter vt ſupra accepi ⁊ vere virtuoſum.

Fol.99.col.3 poſt p̄n[m] lineã.3. ¶ Scd̄a pars probata eſt ſupra auctoritate Augu. ſuper ep̄la ad Gal. vbi Ap̄ls ait. vos aūt in libertatē vocati eſtis fratres. ⁊ eſt in.5.c. Dicit eni ibi q̄ iudei ad vetus teſtamētū pertinētes quedam opera legis iplebant que in ſacramētis ſunt .ſ. cerimonialia. Illa vero que ad bonos mores pertinēt oīno nō poterāt. Nō eſt aūt intelligendū quin potuiſſent cū ſpāli adiutorio dei ſi de⁹ ſufficiens auxiliū voluiſſet ꝯferre. Nam ⁊ dauid iam pertinens ad nouū teſtamētū ex dono fidei chriſti futuri vtiq; ipleuit circa Saul mandatū de dilectione ꝓximi: q̄ vtiq; morale eſt ſm̄ q̄ ibi ſententialiter ſubdit Aug. ⁊ ita potuiſſent alij ſi deus auxiliatus fuiſſet. Nec pōt dici q̄ ideo nō poterāt: q: indigebant influentia gn̄ali. nā ⁊ illa etiā indigebat ad faciēdū cerimonialia: ⁊ tamē dicit q̄ ipſi illa faciebant. ergo opꝫ intelligere q̄ pertinentia ad bonos mores nō poterāt ſine ſpāli auxilio dei. Ulterius cū ipſi de moralib⁹ haberēt ſufficientē notitiā ex lege: pꝫ q̄ vltra ſufficientē notitiā de agendis moralr̄ erat eis neceſſariū aliud auxiliū dei ſpāle. ¶ Item idem ad ſimpli. libro p̄mo qd̄ p̄ ait. Omnes porro qui acceperunt legem: preuaricant eam niſi per gratiā cōſequanſ poſſe q̄ iubet. nec h̄ per gr̄am pōt accipi influentia generalis: quoniā nec ſine illa eſt preuaricatio legis. ſaltem quo ad precepta negatiua: igitur vltra notitiā de agendis moralibus que vtiq; ſufficienter habetur per legē neceſſariam eſt ad agendum q̄ iubet lex aliud dei auxiliū ſpāle.

Fol.99.col.3 circa finē lineã.19. ¶ Hanc partē antecedentis que eſt tertia ꝯcluſio mea vbi dicis ꝓbaui aliquibus rationibus quas ſoluere ſumpſit reuerendus Magiſter p̄dictus tamē meo iudicio nō ſunt ſufficiēter ſolute. P̄ma eni ratio fuit h̄. Si habita ſufficienti notitia de aliquo volendo vel nolendo. agendo vel non agendo: pōt homo ſine ſpāli dei auxilio ꝯformiter velle vel nolle. agere vel nō agere. ſeqtur q̄ vel nō ad ſingulos actus gratia ⁊ ſpeciale adiutoriū dei daſ. vel ſi daſ ſuperflue daſ. ꝯñtia eſt euidens ⁊ ꝯñs eſt falſū: vt pꝫ ex ſuppoſitione quarta quā feci tunc ad ꝓbandū ꝯcluſionē primam. ¶ Ad hanc rationem dicit reueren. magi. p̄ſa. verum fuit q̄ gratia que dicit ad ſingulos actus dari eſt gr̄a gratū faciēs. ⁊ hoc multipliciter ꝓbare conatus eſt. ¶ Secundo dicit. q̄ in nobis ſunt duo genera actuū .ſ. intelligere ⁊ velle. Et vterq; pōt accipi dupliciter .ſ. vt habent imediatum ordinem ad ciuilitatē angelicam ſm̄ illud. eſtis ciues ſanctoꝝ: ⁊ vt habent imediatū ordinem ad ciuilitatem humanam vel regimen morale humanum. Item cum dicitur gratia dei ad ſingulos actus dari. dicit q̄ poteſt ibi fieri diſtributio pro ſingulis generū ⁊ pro generibus ſingulorum. ¶ Nunc ad rationem dicit q̄ ſi illi actus intelligere ⁊ velle accipiantur vt habent ordinem ad ciuilitatē angelicam: ſic neceſſarium eſt auxilium illud ſpeciale ad ſingulos actus ſi fiat diſtributio pro generibus ſingulorum: q: non ſolū tale auxilium ſpeciale eſt neceſſarium ad intelligere ſed ad velle: qd̄ eſt contra Pelagium. Si vero accipiantur iſti actus vt habeat ordinem ad ciuilitatem humanam preciſe: ſic tale auxiliū ſpeciale nō eſt neceſſarium ad ſingulos actus ſi fiat diſtributio pro ſingulis generum: q: ſubintelligere ⁊ velle eſt accipere aliquos bonos actus etiam ſm̄ me vt dicit ad qd̄ tale auxiliū ſpeciale .ſ. gratie gratum facientis non concurrit non eſt tamē accipere aliquem actum in nobis ſm̄ iſtum ordinem ad quem nō ſit neceſſarium dei auxilium: ſed tale auxilium non eſt auxiliū ſpeciale vt ego accipio: ſed eſt auxilium per influentiam generalem: ⁊ hoc etiam eſt contra Pelagium qui ponebat rectū intelligere eſſe a deo: ſed non velle. niſi quatenus dederat voluntatem. ¶ Breuiter h̄ reſponſio conſiſtit in hoc: q: cū in illa cōfeſſione Pelagij qua probaſ conſequens eſſe falſum dupliciter gratiam dei atq; adiutorium ad ſingulos actus dari non ſit diſtributio pro ſingulis generum: ſed pro generibus ſingulorū: ⁊ intelligitur de actibus habentibus imediatū ordinem ad ciuilitatem angelicam: ⁊ nomine gratie ſpecialiter gratia gratum faciens eſt accipienda. ¶ Contra iſtam reſponſionem oſtendo primo q̄ ibi fiat diſtributio pro ſingulis generum: ⁊ hoc dupl'r p̄mo arguendo ex dictis ſic. Illa ꝯfeſſio Pelagij ſm̄ hunc vene. magi. intelligitur de actibus habentibus immediatum ordinē ad ciuilitatem angelicam: aut per actus habentes ordinem ad ciuilitatem angelicam intelligit iſte Magiſter actus qui fiunt ex amore dei: ⁊ per habentes ordinem ad ciuilitatem humanā intelligit actus factos ex amore ſeculi iuxta diſtinctionem gloſe ibi vbi ſcribitur verbum per ipſum allegatum .ſ. eſtis ciues ſanctorum: que ſm̄ duos amores dei: ſcilicet ⁊ ſeculi duas ciuitates diſtinguit: ⁊ tūc ſequitur q̄ iſti actus qui dicuntur habere ordinem ad ciuilitatem humanam non ſunt moraliter boni: ſed vitioſi ⁊ culpabiles: q: ſm̄ gloſam ibi amor ſeculi ciuitatē Babylonicam facit. hoc autem eſt contra ipſum qui dicit eos eſſe bonos ⁊ rectos. Aut per habentes ordinem ad ciuilitatem angelicam intelligit actus meritorios vite eterne quibus iam homo eſt quodāmodo ciuis celeſtis hieruſalem. per alios vero intelligit actus non meritorios vite eterne: ſed tm̄ moraliter bonos: quibus homo ciuis eſt ciuitatis mundane bene moraliter recte. Et tunc ſequitur q̄ aliqui ſingulares actus meritorij fiunt ab homine ſine ſpeciali adiutorio gratie: ⁊ cū ſolo adiutorio influentie generalis. q̄ non videtur conſonum cōmuni doctrine ſanctorum ⁊ doctorum aliorum. patet conſequentia: quia ſi nulli eſſent huiuſmodi: iam gratia dei de qua fit ſermo in cōfeſſione illa Pelagij daretur ad ſingulos actus. intellecta diſtributione pro ſingulis generū. cuius oppoſitū dicit. ¶ Secundo id ipſum probo abſolute. ⁊ primo ex confeſſione Pelagij alibi per eum repetita vt recitat Augu. lib. primo de gratia Chriſti ⁊ peccato originali cap̄.2. loquens Albine: piniano atq; melanie quibus ſcribit librum illum. Ait enim ſic. Scripſiſtis mihi cū Pelagio vos egiſſe vt quecūq; aduerſus eum dicerentur ſcripto damnaret. eūq; dixiſſe audientibus vobis. Anathemo qui vel ſentit vel dicit gratia dei qua Chriſtus venit in hūc mundum peccatores ſaluos facere non ſolum per ſingulas horas aut per ſingula momenta: ſed etiam per ſingulos actus noſtros non eſſe neceſſariam: ⁊ qui hanc conantur auferre penas ſortiantur eternas. puto autem q̄ nullus diceret illum terminum ter repetitum aliam h̄: ⁊ aliam ibi: ſed ſimilem in omnib⁹ partibus auctoritatis facere diſtributionem. ⁊ conſtat q̄ cum dicitur per ſingulas horas aut per ſingula momenta: diſtributio fit vtrobiq; pro ſingulis horis ⁊ momentis in quibus homo operatur: ita vt in nulla bene poſſit operari ſine gratia: ⁊ per conſequens ſimiliter fit diſtributio pro ſingulis actibus cū dicitur ad ſingulos actus: ita vt intelligatur nullū poſſe bene fieri ſine gratia: ac per hoc eſt diſtributio pro ſingulis generū. ¶ Secundo idem probatur: ex probatione cogente Pelagium ad illam cōfeſſionem faciendam. Refert enim Augu. in epiſtola ad Paulinum nolanū epiſcopum. duo verba Apoſtoli inter alia fuiſſe obiecta Pelagio .ſ. illud. Non eſt volentis neq; currentis ſed miſerentis eſt dei. ⁊ illud. Non ego ſed gratia dei mecum: ⁊ dicit Augu. non hoc dictum eſſe quia nulla eſt hominis volūtas atq; curſus: ſed quia nihil poteſt niſi illo miſereatur. Nec Apoſtolus dixit ⁊ ego ſed dixit: non ego autem ſed gratia dei mecum: non quia ipſe nihil boni ageret: ſed quia nihil ageret ſi illa non adiuuaret: igitur Pelagij confeſſio ſubſequens ſm̄ intentionem epiſcopalis illius iudicij talis fuit vt intelligeretur nullū omnino actum bonum nos agere ſine adiutorio gratie: quod per illa verba non ſignificatur niſi fiat diſtributio pro ſingulis generum. ¶ Secūdo probo q̄ illa confeſſio ſit intelligenda vniuerſaliter de omnibus actibus moraliter bonis ſiue ſint meritorij ſiue non ſeu ad quācūq; ciuilitatem pertineant. Naꝫ ſi detur oppoſitū ſequitur q̄ homo ſine ſpeciali adiutorio dei cum ſola generali influentia illius poterit implere omnia mandata legis: ſaltem quantum ad ſubſtantiā operū. Qd̄ non eſt verum vt pro nunc ſuppono: ⁊ eſt expreſſe contra determinationem ſancti Thome p̄ma ſecunde. q.109. articulo quarto q̄ mihi nunc ſufficit contra hunc ven. ma. ⁊ conſequentia apparet: quia ſm̄ hunc Magiſtrum ad quemlibet actum moraliter preciſe bonum ſufficit homini adiutorium influentie generalis. Cum igitur in illa confeſſione fiat diſtributio pro ſingulis generum: ⁊ ipſa intelligatur generaliter de omnibus actibus moraliter bonis vt probatum eſt ⁊ ibi adiutoriū gratie capiatur pro adiutorio ſpeciali, etiam ſm̄ hec inueni Magiſtrum

qui dicit ibi nomine gratie gr̄am gratū facientē ſignificari. ſe
quit̄ q̄ ad quelibet ſingularē actum bonum eſt nobis neceſſa
riū ſpūale auxiliū dei. ex quo ſeq̄t intētū. ¶ Sed tunc reducitur
illud ɔtra me cū poſuerim aliquos nō hn̄tes gr̄am gratū facie̅
tē facere aliquos actus bonos moralr̄. igit̄ nō ad ſingulos actus
dat̄ gr̄a de qua eſt ɔfeſſio illa pelagij. Nā vt dicit dict⁹ veñ. ma.
illa eſt gr̄a gratū faciēs. dico hic q̄ ibi illud nomē gr̄e nō ſtat tm̄
ꝓ gr̄a gratū faciēte. ¶ Oppoꝫ huiꝰ ipſe ꝓbauit 4°. ꝑ ex ep̄la. 5.
epiſcopoꝝ ad papā Innocētiū ex q̄ habet̄ q̄ gr̄a illa de qua qꝺ
ɔtra pelagiū vertebatur nō eſt illa qua creati ſumus: ſꝫ qua ab
iniq̄tate iuſtificamur. ⁊ qua ꝑdeſtinati vocamur: iuſtificamur: ⁊
gl̄ificamur. Sed talis eſt gr̄a gratū faciēs. ¶ Scd̄o ex v̄bo Aug.
in ep̄la ad vitalem. Nō ergo dicamus gr̄aꝫ doctrinā. ſꝫ agnoſca
mus gr̄am q̄ facit ꝓdeſſe doctrinā ſine qua videmꝰ ēt obeſſe do
ctrinā. ecce q̄ loq̄t de gr̄a gratū faciēte. ¶ Tertio ex verbis que
met allegaui in illa quarta ſuppōne. loq̄tur. n. ibi vt ait iſte ma.
de gr̄a que eſt cōis maioribus ⁊ paruulis. illa aūt eſt gr̄a gratum
faciens. ¶ Quarto. q̄ʒ ibidem dicitur ſcimus gr̄aꝫ nō omnibus
dari. Aut igit̄ intelligit̄ de gr̄a gratū faciente ⁊ habet propoſitū.
Aut de moti̇ ad bonū actum ⁊ hoc eſt falſum q̄ʒ talis dat̄ oībus
hominibus etiā ſm̄ me vt ait. ⁊ ſm̄ auctoritatem decreti. de pe.
di. 4. ⁊ eſt criſo. Nemo vidēs malos proſperitatē habere turbe
tur: q̄ʒ nō poteſt malus in omnibus malus eſſe ſed habet aliqua
bona. nec homo in oībus bonū eſſe: ſed hꝫ aliq̄ mala. ¶ Ad iſta
rn̄°. Ad ꝑm̄ dico q̄ noīe gr̄e qua iuſtificamur non ſolum gratia
gratū faciens que eſt habitus quidam infuſus quam quicūq̄
habet eſt iuſtus itelligit̄: ſed ēt alie gr̄e gratis date illā p̄ueniē
tes vel ɔcomitantes in anima ⁊ gratuite quelibet diuine motio
nes ⁊ inſpirationes ⁊ vocationes interiores vel exteriores con
currentes vel diſponentes ad iuſtificationeꝫ peccatoris. Et hec
pꝫ ēt per verba ab ipſo allegata: quos inq̄t ꝑdeſtinati vocamur
iuſtificamur ⁊c̄. certū eſt q̄ vocatio nō eſt gratia gratū faciens:
pꝫ etiam: q̄ʒ cōſtat q̄ fides chriſti ſeu credere in chr̄m: claudit̄
ſub noīe gr̄e ſpūalis de quo ſancti loquuntur ɔtra pela. ⁊ vitaleꝫ
maxime: ⁊ tn̄ fides pertinet ad gr̄am iuſtificationis cuꝫ ſine ipa
impoſſibile ſit placere deo aut iuſtū eſſe. ¶ Patet etiā ex aucto
ritate Aug. lib. ꝑ ad ſimpli. q. 2. quam allegaui in veſperis meis:
quā ſi bene cōſideraſſet reuerendus ma. forte nō ſic dixiſſet. Ait
enim Aug. Incipit homo percipere gr̄am ex quo incipit crede
re deo vel interna vel externa admonitione motus ad fidem: ⁊
ſubdit. Sed in quibuſdam eſt tāta gr̄a fidei quāta nō ſufficit ad
obtinēdum regnū celoꝝ ſicut in cathecuminis. ſicut in ipſo cen
turio qn̄ q̄ ſacrorum participatione incorporaret̄ eccleſie. ⁊ po
ſtea. ſunt inquit inchoationes quedam fidei in conceptionibus
ſiles. Nō tn̄ ſolū ɔcipi ſed etiā naſci opus eſt vt ad vitam perue
niatur eternam. Nihil tn̄ boniꝫ ſine gratia miſericordie dei: q̄ʒ
⁊ opera ſi qua bona ſunt ɔſequuntur vt dictū eſt illam gratiam
nō precedunt. Quā rē volens perſuadere ap̄ls ſicut alio loco di
cit. gratia enī dei ſalui facti ſumus ⁊ nō ex nobis ⁊c̄. Ecce q̄ oēs
tales incohationes ⁊ cōceptiones clauduntur ſub nomine gra
tie qua ſaluamur: ⁊ tamen aliq̄ tales ſunt in non habentibus
gratiam gratum facientē. ¶ Ad 2m̄ dīm q̄ etiam gratuita mo
tio qua deus facit mentē aſſentire doctrine dicitur gratia que
facit prodeſſe doctrinam. vnde ſubdit ipſe ſtatim. Nō enim ora
mus pro infidelibus vt ſiat eoꝝ natura. i. vt homines ſint: aut vt
doctrina eis predicetur quam malo ſuo audiunt ſi non credūt.
Sed oramus vt voluntas corrigatur doctrine cōſentiatur natu
re ſanet̄. Nō oīs aūt q̄ doctrine cōſentit credendo habet gr̄am
gratum facientem. ¶ Ad 3m̄ dico ꝑ: q̄ in tota illa auctoritate nō
dicit̄ q̄ illa gr̄a ſit cōis maioribus ⁊ minoribus. Sed dicit̄ ſcimꝰ
gratiā nec maioribus nec minoribus ſm̄ merita nr̄a dari. ¶ Se
cundo dico q̄ maioribus ⁊ minoribus eſt aliqua gratia commu
nis que non eſt gratia gratum faciens. ſic fides infuſa. Non ſe
quitur aūt gratia de qua loquitur eſt cōis maioribus ⁊ paruulis
gratia gratum faciens eſt cōis maioribus ⁊ paruulis. igitur gra
tia gratū faciens eſt illa de qua ibi loquitur. ¶ Ad 4m̄ dicendū
dico ꝑ: q̄ illa maior diſiunctiua nō eſt ſufficiens: nam vt iā dixi
multiplex eſt gr̄a ſpālis alia a gr̄a gratū faciente. ⁊ a gratia mo
uente ad actum. ¶ Scd̄o dico q̄ illa gr̄a que datur ad ſingulos
actus bonos eſt gratioſa motio qua deus facit hominem bene
velle vel bn̄ facere ſicut declaui in ꝑ° ɔcl̄one mea. ⁊ dico q̄ iſta nō
eſt cōis oībus hoībus. nec vnq̄ dixi oppm̄. vn̄ neſcio quo dicat
q̄ ſm̄ me hec eſt oībus cōis. Nec auctoritas decreti ꝓbat ſuuꝫ
ꝓpoſitum: q̄uis enim in quolibet hoīe ſint aliq̄ bona gratis da
ta: vt bona nāe ⁊ bona fortune ſm̄ que q̄s dicit̄ hr̄e ꝓſperitateꝫ
de q̄bꝰ loq̄tur auctoritas illa. nō ſeq̄t ex hoc q̄ quēlꝫ hoīem deꝰ
faciat bn̄ moralr̄ velle vel agere. ¶ 2a rō mea ad ɔcl̄onē fuit ꝫ.
Si habita ſufficiēti noꝰ volūtas pōt ſine ſpāli adiutorio confor

miter velle: ſequit̄ q̄ ad implendā legeꝫ ſeu ad faciendū que lex
imperat ſufficeret hoī lex ipſa ⁊ notia eius nec vltra idigeret aꝰ
adiutorio dei. q̄ eſt ɔtra Ap̄lm in pl̄ibus locis. Et ſilr̄ ɔtra Aug.
in ep̄la ad Aſſeticū q̄ dicit q̄ hoc dicentes: nō nole: ſed tn̄ errore
iudaizant. ¶ Ad hāc r̄ndet. q̄ ad implēdā legē quantū ad ſubſtā
tiam mādatorū ⁊ q̄ntum ad aſſecutionē vltimi finis non ſufficit
notia legis ſine gr̄a gratū faciente. Sꝫ bene ſufficit q̄ntū ad ſub
ſtātiā mādatoꝝ ⁊ attinctionē imediati finis humani regiminis
nālis. ſine ſpāli auxꝰ. non tn̄ ſine influentia gn̄ali. ¶ Sed ꝫ rn̄ꝰ
ɔcedit vt vꝫ ꝓpom̄: q̄ʒ cū implere mādata cū aſſecutione vel at
tinctione vltimi finis nō ſit aliud q̄ agere opera nobis iuſſa ꝓꝑ
deū: q̄ʒ nec alr̄ pōt intelligi q̄ viator attingat vltimum finem: ſi
ſic nō pōt ſine gr̄a ſpāli implere ſequitur q̄ non poſſit agere bn̄
moralr̄ ſine gr̄a ſpāli. q̄ʒ vt ꝓbatū eſt ſupra in 4a ɔcl̄one ꝑmi ar
ticuli: nullus actus eſt moralr̄ bonus niſi ſit factus vltimate ꝓꝑ
deū. ¶ Et q̄ dicit̄ de iſto fine regiminis nālis vꝫ eſſe ad placitū
deū. q̄ʒ nullus eſt debitus finis humani regiminis niſi deus ipſe.
⁊ q̄cunq̄ ad aliū vel ſm̄ aliū finem ſe regit fruit̄ creatura ⁊ erro
nee viuit. ¶ 3° probaui illā ɔcl̄onē. ꝑ determinationē cōcilij mi
leuitani. Si quis dixerit gr̄am dei per ieſuꝫ chriſtū ⁊c̄. vt ſupra.
Vtrūq̄ꝫ enim eſt donū dei ⁊ ſcire q̄d facere debeamus. ⁊ dilige
re vt faciamus. ¶ Rn̄det: q̄ vtrūq̄ꝫ eſt donū dei: q̄ʒ ad vtrunq̄
agit ſm̄ influētiā gn̄alē. ¶ Sed hec rn̄ſio excluſa eſt in ꝑcedenti
ɔcl̄one. ¶ Cōfirmaui per articulū pariſiēſem. q̄ dicit fuiſſe erro
rē pelagij q̄ ad rectitudinē volūtatis ſufficit ſcia. ¶ Rn̄det. d.
triplicē eſſe rectitudinē. vnā que excludit oēm ſortitā iīnē tam
ſm̄ actū q̄ ſm̄ reatū. ⁊ dīc q̄ ad iſtā ſufficit ſcia agibilis particu
laris eſt error pelagij. ¶ Aliā que eſt i recto ordine operis ime
diate finē vltimū ſimplr̄ attingentis. quale eſt opus meritoriū.
⁊ de hac ēt eſt error dīc q̄ notitia agibilis ſufficit. ¶ Tertiaꝫ q̄
cōſiſtit in recto ordine op̄is finem humani regiminis naturalis
moralr̄ attingētis. ⁊ de tali rectitudine nō eſt erroneū dicere q̄
ſufficit notitia cū influentia generali. ¶ Sed iſta rn̄ſio excludit̄
per id qꝺ proxime dcm̄ eſt. videlicet nunq̄ opus eſſe rectuꝫ niſi
ſiat vltimate actu. ſ. vel habitu ꝓꝑ vltimum finem qui deus eſt.
¶ Quarto probaui ɔcl̄onē: ⁊ dixi q̄ iſtud me multuꝫ mouebat.
Nā non obſtante q̄ pelagius poneret nos ad bene volendum
⁊ agendum iuuari a deo inq̄ntū iuuabat poſſibilitatem nature
dando doctrinam ⁊ notitiam de agendis: q̄ʒ tn̄ vltra hoc nō po
nebat q̄ ēt ipſum bonū velle ⁊ bonuꝫ opus habemus ex gratia
dei: ſed ex nobis per liberū arbitriū eū erraſſe dic̄ Aug. Et iſtū
per plures auctoritates Aug. declaraui que reuerēdus Magi
ſter nō curauit recitare. ¶ Ad hoc dixit ven. ma. q̄ error pela
gij in hoc q̄ cū ſint in nobis duo gn̄a actuū. ſ. intelligere ⁊ velle.
pelagius vnū. ſ. intelligere poſuit eſſe opus dei. Aliud aūt. ſ. vel
le dixit eſſe opus ſolius volūtatis. Si aūt poſuiſſet etiā ipſe vel
le eſſe opus dei mouētis ſm̄ generalē influentiā nō erraſſet nec
vlla cōtrouerſia fuiſſet īter ipm̄ ⁊ catholicos. ¶ Sed iſta rn̄ſio
ſalua re. nō valet. ꝑmo quidē q̄ʒ falſuꝫ eſt q̄ dicit. ſ. q̄ pelagius
poſuit ipſuꝫ velle eſſe opus ſolius volūtatis: ſic. ſ. q̄ ad ipm̄ nō
requirat̄ influentia dei gn̄alis. Et hoc pꝫ ꝑmo ex dicto celeſtij
qui in omnibus ſic ſecutus eſt pelagium vt dicit Augu. in lib. de
hereſibus caꝑ. penul. q̄ ſectatores eoꝝ etiam celeſtiani nuncu
pent̄. Ipſe ſi quidem vt recitat Augu. in de perfectione iuſtitie
caꝑ. 5. dicebat impium eſſe alicuius rei aliū auctorem inducere
preter deū: volebat igit̄ q̄ ipſius actus volūtatis deus eſſet au
ctor. q̄ verum nō eſſet ſi ad ipſum nec dei generalis influentia
eſſet neceſſaria. ¶ Secundo idem colligit̄ ex ꝓprio dicto pela
gij. Nam vt recitat Augu. in ꝑmo lib. de gratia chriſti ⁊ pecca
to originali caꝑ. 4. ⁊ ego allegaui in veſperijs meis pelagius in
lib. ſuo. 3. pro libero arbitrio. dixit q̄ poſſibilitas boni in nobis
eſt a deo: ſed ipſa operatio eſt a nobis. ⁊ declarādo per exem
plum dicebat. Qꝺ poſſumus videre oculis noſtrū nō eſt. q̄ v̄o
aut bene aut male videmus hoc noſtruꝫ eſt. Et vt gn̄aliter vni
uerſa cōplectar q̄ poſſumus omne bonū facere. dicere cogita
re illius eſt qui hoc poſſe donauit: qui hoc poſſe adiuuat. Qꝺ
v̄o bene vel agimus vel loq̄mur vel cogitamus noſtrum eſt: q̄ʒ
ꝫ oīa vertere in malū etiā poſſumus. Ex q̄bus pꝫ q̄ ita malum
velle ⁊ malū opus pelagius dixit noſtrū eſſe ⁊ nō dei: ſicut bonū
velle ⁊ bonū opus: ſed ſi intellexiſſet q̄ vtrūq̄ eſſet ſic noſtrum
q̄ ad neutrū cōcurreret influentia generalis dei: ita erraſſet in
negando opus malū ⁊ velle malū eſſe a deo ſicut in negando q̄
bonū velle ⁊ bonū opus ſit ab illo: ⁊ ſancti ſic reprobaſſent illuꝫ
in illo ſicut in iſto. in illo autem nuſq̄ reperitur reprobatus:
quinimo idipſum dicunt omnes ſancti. igitur nō negauit gene
ralem dei influentiam abnctu bono: ſed quādam ſpecialē que
ita eſt reſpectu boni actus q̄ non reſpectu mali. ¶ Secundo
deficit. Reſpondeo quod quicquid intenderet pelagius: pcilla

ti ꝛ ſancti voluerūt aſſerere quādā influētiā ſpālē ſeu ſpāle adiutoriū reſpectu actus voluntatis conformis notitie habite de agendis neceſſarium eſſe homini preter influentiā gnālē. ꝛ hoc pȝ pͥmo. qꝛ certū eſt ꝙ per gr̄am dei per ieſum chr̄m. ſancti nō intelligunt influentiam generalem. vnde nunq̄ aliquis diceret ꝙ nos non poſſumus concupiſcere vel mechari niſi adiuti per gratiā dei que eſt per ieſum chriſtū dn̄m nr̄m. cum tn̄ neutrū poſſumus nō adiuti per influētiam gnālem. Cōciliū aūt dicit: ꝙ ad vtrunq̄. ſ. ad ſcire quid eſt faciendū. ꝛ ad diligere vt faciamꝰ: iuuat nos gratia dei per ieſum chriſtū. Augu. quoq̄ oſtendens cōtrouerſiā pelagij ꝛ catholicorū vt recitaui in veſperijs meis: ait lib. pͥmo. de gr̄a chriſti ꝛ peccato originali. ca. 47. Si confiteretur nobis pelagius etiā ipſam voluntatē ꝛ actionez diuinitus adiuuari: vt ſine illo adiutorio nihil bn̄ velimus ꝛ agamus. eāq̄ eſſe gratiam dei per ieſum chriſtū dn̄m noſtrum in qua nos ſua nō noſtra iuſtitia iuſtos facit vt ea ſit vera noſtra iuſtitia que nobis ab illo eſt nihil de adiutorio gratie dei quaſi tum arbitror inter nos cōtrouerſie relinquet. Ecce ꝙ controuerſia nō eſt de influentia generali: ſed de gratia dei per ieſum chriſtū. ¶ Itez in epiſtola ad hylarium ſiracuſanū reprobans a propoſito errorem pelagij. valet inquit liberū arbitrium ad bona opera ſi diuinitus adiuuetur. Deſertum vero dei adiutorio qualibet ſcientia legis excellat nullo modo habebit iuſtitie ſoliditatez ſed inflationem impie ſuperbie ꝛ exitioſum tumorem. hic patet ꝙ illud adiutoriū eſt neceſſariū ad bona opera: ſine quo poteſt niſi mala. Sed certum eſt ꝙ ſine generali influētia non poteſt mala opera. igitur aliud eſt adiutorium ꝙ requiritur ad bona. ꝛ precise bona moraliter. qꝛ ſine illo habebit inflationem impie ſuperbie et exitioſum tumorem. que vtiq̄ non ſunt bona moraliter ſed vitioſa. ¶ Preterea vt ſupra tetigi. Si ad bona moralia nō meritoria ſufficeret nobis generalis influentia: cuȝ etiaȝ ad talia homini ante peccatum fuiſſe generalis influentia neceſſaria in quo eſſet infirmatum liberum arbitriū in nobis? conſtat enī ſm doctrinam ſanctorū ꝙ ipſe ſine gratia gratuȝ faciente non potuiſſet agere meritorie: ꝛ per conſequens cum ſola influētia generali ꝛ alijs cōmuniter gratuitis ſuperadditis non potuiſſet ad maius bonuȝ q̄ ad morale non meritorium. Quomodo ergo poſſumꝰ dicere ꝙ ad talia nobis ſufficiat influētia gnālis?

Fol. 100. col. 2. circa finez lineę. 14. ¶ Quarta rō ſua ē. Si hō p pñte ſtatu ſtās ſub ſola īfluētia gnāli hita ſufficiēti notitia qd moralr circa ipſum ſit agēdū nō poſſet velle ꝯformiter vel agē ſeq̄ret ꝙ chr̄s vane dixiſſet. Oīa q̄cūq̄ vultis vt faciant vobis hoīes hoc facit illis. Matthei. 7. naȝ in hoc precepto ꝙ eſt legis naturalis omnia precepta legis moralia cōplectūtur. ¶ Hic dico primo ꝙ ſi hec ratio ſit efficax: ſimiliter concludetur ꝙ homo in ſtatu nature corrupte poteſt cum ſola dei influentia generali implere omnia mandata legis moralia: quantū ſaltem ad ſubſtantiam operis cuius oppoſitum: vt ſupra dixi ex intentione determinat ſanctus Tho. prima ſecunde q. 109. articulo. 4. ꝙ mihi ſufficit contra eum. conſequentia peret. tum qꝛ quolibet tale deus precepit homini: ꝛ ſm ſuam argumentationem vane precepiſſe niſi homo in hoc ſtatu cum ſola dei generali influentia poſſet implere. ¶ Tum qꝛ ſm ipſum in illo precepto legis nature omnia moralia complectūtur: ꝛ illud poteſt homo vt dicit implere cū ſola influentia generali. ¶ Reſpondeo ergo ad rationem negando conſequentiam. ¶ Deinde iſte reuerendus magiſter volens arguere contra primam concluſionem quam in veſperijs meis poſui. Probat primo ꝙ ex dictis meis ſequitur ꝙ omnis actus hominis infidelis eſt dānabilis. ꝛ ſimiliter in omnibus charitate ꝛ gratia carentibus. Et ſic ex hoc quedam inconuenientia deducit. ¶ Ego autem dico ꝙ nunq̄ dixi nec dico ꝙ in omnibus carētibus charitate et gra. accipiēdo charitatez ꝛ gratiaȝ pro illo habitu diuinitus infuſo quam cōmuniter vocamus gratiam gratum facientem ꝛ. qui nec infidelibus nec inexiſtentibus in peccato mortali vnq̄ reperitur. ſm quem ſenſum iſte ven. magiſter in ſuo vlteriori proceſſu videtur accipere omnis actus ſit damnabilis. quinimmo expreſſe dixi oppoſitum ponens tam in cathecuminis q̄ in hominibus chriſtianis in peccato mortali exiſtentibus ꝛ per conſequens charitate illa ꝛ gratia de qua loquitur carentibus multos eſſe actus moraliter bonos: licȝ non meritorios vite eterne. ꝛ oppoſitum huius dico ex nullo dicto meo ſequi. De actibꝰ autem hominum ſimpliciter infidelium: vtrū omnes ſint dānabiles vel non: nihil dixi: nec pro nunc dico. Sed alias deo dāte ꝙ videbitur dicam. nam de hoc habui vnam queſtionem in diſputatione de quolibet. ¶ Probat autem iſte magiſter ven. ꝙ ex dictis meis ſequatur omnem actum hominis non habentis gr̄am gratū facientē eſſe damnabilem. primo ſic. Omnis actus eſt culpabilis cui deficit aliqua circumſtantia requiſita ad hoc ꝙ ſit virtuoſus. Omnis actus hoīs nō habentis gratiam gratum facientem eſt huius. ergo ꝛc̄. probatur minor: qꝛ deficit ſibi ordo ad vltimum finem. ¶ Reſpondeo concedendo maiorez de actibus moralibus proprie. Minorem autem nego. ꝛ ſimiliter ꝙ aſſumitur ad probationez eiuſdez. ¶ Secundo ſic omnis actus moralis non diligentis deuȝ propter ſe actu vel habitu eſt culpabilis. Omnis actus non habentis charitatez eſt huius. ergo ꝛc̄. Maiorem habet ex dictis meis. minorez probat quia ſm me vt dicit: ad dilectionez requiritur voluntatez conuerti totaliter in deuȝ ꝙ non poteſt eſſe in eo cuius volūtas eſt a deo auerſa cuiuſmodi eſt carens gratia. eſt etiaȝ actus non diligētis deū habitu cuȝ non habeat charitatez. ¶ Reſpondeo negando minorez. Ad probationē dico ꝙ aliquando chriſtianus non habēs charitatez illaȝ habitualez infuſam ſeu gratiaȝ gratuȝ facientez actualiter adiutus a deo diligit deuȝ propter ſe. ꝛ voluntas eius conuerſa eſt actualiter in deuȝ ꝛ non auerſa. Aliquando etiā habitu non quidez charitatis infuſe: ſed charitatis acq̄ſite. Puta ſi diu fuit in gratia ꝛ habuit charitatez infuſaȝ frequēti exercitio actuuȝ diligendi deuȝ propter ſe acquiſiuit ſibi habitum ad actus ſimiles naturaliter inclinantez qui etiam poſt peccatum mortale remanet in ipſo amiſſa charitate infuſa. ꝛ ideo non eſt conſequentia. non habet charitatem infuſaȝ: igitur non diligit deū habitu propter ſe. ¶ Tertio arguit ſic. In nō habente charitatez virtutes vel habitus qui videntur virtutes ſunt vitia: ergo ꝛ actus ſunt culpabiles. ꝛ ſi actus virtutuȝ ſunt culpabiles: qui actus poſſunt eſſe non culpabiles? ¶ Reſpondeo diſtinguendo de talibus habitibus. Naȝ aut ſunt acquiſiti ex actibus non vltimate relatis in deuȝ ſeu alia debita circūſtantia carentibus ꝛ ſic dico ꝛ dixi in meis veſperijs ipſos eſſe vitia ꝛ nō veras virtutes. ꝛ vlterius etiaȝ concedo actus ſm ipſos elicitos eſſe culpabiles. Sed dico ꝙ non omnes actus cuiuſlibet hominis non habentis charitatez ſunt eliciti mediātibus talibus habitibus. quinimmo aliqui ſunt eliciti mediantibus habitibus acquiſitis ex actibus omnibus circūſtantijs requiſitis ad hoc ꝙ actus ſit vere virtuoſus circūſtantionatis. Sicut eſt in homine chriſtiano qui diu vixit in exercitio virtuoſoruȝ actuuȝ. nunc autem ex aliquo mortali pctō caret gratia. Aut illi habitus ſunt acquiſiti ex actibus in deuȝ relatis ꝛ omnibus requiſitis circumſtantijs circumſtantionatis. ꝛ tunc dico ꝙ illi etiaȝ dum eos habens nō habet charitatez non ſunt vitia nec oppoſituȝ vnq̄ dixi. ¶ Preterea. adhuc ad argumentuȝ dico. ꝙ eſto ꝙ actus eliciti ſm tales habitus vitioſos ſint culpabiles: non ſequitur: ꝙ oīs actus alius actus illius hominis ſit culpabilis. Nam ex ſpeciali adiutorio dei poterit habere aliquez actuȝ bene circumſtantionatuȝ non elicituȝ ſm aliquez habituȝ vitioſum. ꝛ hoc frequenter contingit. ſicut patet in his qui praue ꝛ ſeculariter habituati inſpirante adiuuanteq̄ deo in multis bene proponunt ꝛ operantur contra inclinationes ſuorum habituuȝ vitioſorum. ¶ Quarto ſic. Omnis actus moralis non recte ſapientis nec recte intelligentis eſt culpabilis. Omnis actus moralis hominis non habētis gratiam eſt huius. probatur per me: qꝛ nemo recte ſapit aut recte intelligit niſi qui habet dona ſpiritus ſancti. Sed non habens gratiaȝ non habet dona ſpiritus ſancti. ergo ꝛc̄. ¶ Ad iſtaȝ rationez reſponſum eſt ſupra virtualiter vbi oſtenſum eſt ꝙ vltimatuȝ eius fundamentuȝ. ſ. ꝙ non habens charitatez nō habeat donuȝ ſpiritus ſancti eſt falſuȝ in multis. ¶ Ad alia inconuenientia que ex primo aſſumpto deducebat non oportet me reſpondere. cuȝ iſtud aſſumptuȝ ſibi negē: nec ipſe illud probet ſufficienter vt videtur. cuȝ omni tamen reuerentia ſemper loquendo. ¶ Ad argumētū. q. dico ꝙ vtiq̄ adam poſt peccatuȝ potuit bene agere. ſed non ſine ſpeciali auxilio eius. ꝛ ſimiliter ad probationem dico: ꝙ ipſe adiutus auxilio dei ſpeciali penituit de ſuo peccato. alioquin nequaq̄ bene penitere potuiſſet. dicente Augu. de ſi. ad pe. c. 31. ſ. t. ꝛ. n. o. Neminez hic poſſe hominum penitentiaȝ agere niſi quem deus illuminauerit ꝛ gratuita miſeratione cōuerterit. Apoſtolus eniȝ dicit. ne forte det illis deus penitentiam ꝛc̄. Hec ſufficiant pro nunc quo ad dicta huius magiſtri.

¶ Augu. in libro de moribus manicheorum circa principiuȝ. vbi ait ꝙ in catholica dicitur omniuȝ naturarum atq̄ ſubſtantiarū eſſe auctorem deuȝ. nominibus autez nature atq̄ ſubſtantie omnez eſſentiam ꝛ entitatem vniuerſaliter comprehendit. Qđ patet per litterā imediate precedentez qua exponit quid ſignificent apud ipſuȝ nomina iſta. Ait eniȝ. Ipſa natura nihil aliud eſt q̄ id ꝙ intelligitur in ſuo genere eſſe aliquid: itaq̄ vt nos iaȝ nouo nomine ab eo ꝙ eſt eſſe vocamus eſſentiam quaȝ pleruq̄ etiā ſubſtātiā nominamus: ita veteres qui hec noīa nō habebāt pro eſſentia ꝛ ſubſtātia nām vocabāt. Idipſuȝ ḡ malū eſt ſi p̄ter Fo. 110. co. 1. poſt lineā. 56

pertinaciã velitis attẽdere deficere ab eẽntia ꝛ ad idẽ tẽdere vt nihil ſit. Quo circa cũ in catholica ſit oium nãrũ atqꝫ ſubſtãtiarum eẽ auctorẽ deũ ſimul intelligit ab his q hic pñt intelligere nõ eſſe deũ auctorẽ mali. hic clare pꝫ ꝙ nãm hic vocat oẽ ꝙ in ſuo genere eſt aliquid. ꝛ oẽ ꝙ hꝫ eſſe ſeu oẽm eſſentiã. ꝛ p ꝯñs oẽm entitatẽ abſqꝫ vlla exceptione cũ queꝫ ſit ꝛ in ſuo gñe aliquid ſit. ¶ Hãc ẽt intẽtionẽ ꝯfirmant verba que iã recitata ſequuntur abſqꝫ medio. Quõ ingt põt ille qui oium que ſint cã eſt vt ſunt cã eẽ rurſus vt nõ ſint ꝛc. Cũ igit ois entitas ſit cuiuſlibet ẜ ſententiã Aug. deus eſt cã vt ſit. ꝛ certũ eſt eum log de cã efficiente. ¶ Ex dictis iſtis pꝫ: ꝙ mihi ꝛ gloſa quã tenẽtes ꝯcluſionẽ oppoſitã dãt ad auctoritates Aug. qbꝰ dicit frequẽter oẽm nãm ꝛ ſubſtãtiã q̃ deus nõ ẽ eſſe factã a deo. ꝛ ꝙ oium q̃ ſunt deus eſt cã. dicentes eũ per nãm ꝛ ſubſtantiã nõ oẽm eſſentiã ꝛ entitatem velle ſignificare ẜ tm̃ illas q̃ per ſe ſubſiſtunt ꝛ p ſe agere vel pati pñt ꝛ proprio noĩe ſubſtantie appellant vt ſubſtantiam ꝯtra accñs diſtinguimus: nõ eſt ad mẽtẽ Aug. ¶ Cõfirmat ẽt illud p illud ꝙ ipſe ſcribit in de nã boni circa pñm. loquẽs enim de ſpẽ mõ ꝛ ordine: que dicit eẽ cõia bona in reb' a deo factis ait. Hec tria vbi magna ſunt magne nãe ſunt. Ubi parua ſunt parue nãe ſunt. vbi nulla ſunt nulla nã eſt. ꝯſtat aũt in q̃libet eẽntia h tria eſſe vt ibidẽ ẽt ex ſequẽtibus patere põt. igit oẽm eſſentiã Aug. vocat nãm. ¶ Idẽ añs ꝓbat per auctꝫ eiuſdẽ ſup Ioã. homil. pꝰ. vbi ait ꝙ ois creatura parua ꝛ magna ꝛc. ꝛ iterꝫ. Nulla forma ꝛc. vt ſupra allegatũ eſt. ¶ Itẽ. 12. de ci. dei. c. 5. Deus inquit ſumme eſt. atqꝫ ob hoc ab illo facta eſt ois eſſentia que nõ ſumme eſt: qꝛ neqꝫ illi eq̃lis eſſe deberet q̃ de nihilo facta eſſet: neqꝫ vllo mõ eſſe poſſet ſi ab illo facta nõ eſſet. Quid expreſſius dici põt. quid. n. eſt entitas aliud q̃ eſſentia vł ecõuerſo. ¶ Itẽ de ſi. ad pe. cº. ſic. inquit. t. ꝛ. n. d. Sãctã trinitatẽ ſolũ deũ veꝝ rerum oium eſſe viſibiliũ atqꝫ inuiſibilium creatorẽ ꝛc. ois aũt entitas eſt res viſibił vel inuiſibilis. ¶ Cõfirmat hoc per euãgeliſtam dicẽtẽ. Oia per ipſum facta ſunt ꝛ ſine ipſo factũ eſt nihil. i. vt exponit Aug. in de nã boni: nõ eſt factũ ſine ipſo aliquid. igit nõ eſt facta aliqua entitas ſine ipſo: igit quelibet facta eſt facta ab ipſo. Multe aꝯ auctoritates poſſent ad idẽ adduci: ſed iſtas puto ſufficere. pꝫ igit añs. ꝯña probatur: qꝛ ſi cuiuſlibet entitatis q̃ ſit deus ẽ auctor. igit entitas hic eſt actus malus ipſe eſt actor. vel igitur imediate efficiẽs ipſam. vel meᵗᵉ tm̃: vt pote mouens ad agendum illã illud qđ imeᵗᵉ efficit ipſam. hoc zᵐ dici nõ poteſt: qꝛ tunc deo auctore fieret homo deterior: ꝛ ita etiam deus faceret nos facere mala: queadmoduꝫ dictum eſt in. 26. diſt. ꝙ ipſe facit non facere bonam blaſphemum ꝛ hereticum eſt ſentire. relinquitur ergo primum quod eſt intentum. ¶ Nec valet dicere ꝙ ipſe pro tanto eſt cauſa mediata: qꝛ fuit cauſa cauſe immediate. ſ. ipſius voluntatis: eſto ꝙ non moueat voluntateꝫ ad efficiẽᵐ ipſum actum malum. nõ valet inquaꝫ: qꝛ tunc nec vere nec proprie diceret cã eius ſicut nec pꝛ ſor. vere dicitur genitor aut cauſa platonis a ſor. geniti. ¶ zᵒ ſic. Oẽ bonũ qđ non eſt deus eſt ab efficiente deo ꝛ accipio bonũ non tm̃ pro bono moris: ſed ẽt pro bono nature. igitur actus mali ꝛc. Añs pꝫ p illud Augu. 2. de liº. ar. cº. 20. Tu pietatẽ inconcuſſam tene vt nullum tibi bonum vel ſentienti vel intelligenti vel quoquo modo cogitanti occurrat quod non ſit ex deo. Ita eniꝫ nulla natura occurrit que nõ ſit ex deo. per iſtã vltimam clauſulam pꝫ eum loqui velle de bono ẽt nãe. qui ſenſus etiam ex ſequentibus ꝯfirmatur. ſubdit enim. Detracto penitus omni bono non quideꝫ nõ nihil: ẜ nihil oino remanebit. Omne aũt bonũ ex deo. nulla ergo nã eſt que nõ ſit ex deo. Eãdẽ ſniam in pluribus locis ponit. ¶ Cõſequentia ꝓbatur. tũ qꝛ talis actus entitas quedã eſt: ꝛ ois entitas qđdã bonũ: dñte plurics eodẽ Auguſtꝰ ꝙ oẽ qđ eſt inquãtũ eſt eſt bonũ. ꝛ in auctẽ nũc allegata: ait ꝙ detracto penitꝰ omni bono: nihil omnino remanebit. tum qꝛ quilibet actus voluntatis q̃tumcunqꝫ malus perfectior entitas eſt quolibet corporali accidente. igitur quilibet talis actus eſt quoddam bonum. conſequentia tenet ex eo ꝙ multa accidentia corporalia ſunt quorum quodlibet eſt magnum bonum ꝛ nullum eſt quod non ſit aliquod bonum. ſicut ex vtilitatibus prouenientibus cognoſci põt. Añs patet qꝛ quilibet talis eſt actus vitalis ꝛ ſpiritualis. ꝛ per ꝯñs quolibet corporali nobilior. ¶ Cõfirmat per Aug. 9. de tri. c. 10. qui ſpecieꝫ rei exiſtentem in anima probat eſſe nobiliorem ſpe corporali extra cuius eſt ſimilitudo: per hoc qꝛ eſt in meliore natura. vnde ait. Melior eſt tamen imaginatio corporis in animo q̃ illa ſpecies corporis. inquantum hec in meliore natura eſt. i. in ſubſtantia vitali ſicut eſt animus. ¶ Confirmat iterũ. quia ſicut omnis anima quãtũcũqꝫ etiam praua eſt omni corpore melior ẜm nãm ꝛ nobilior vt vult Augu. 3º. de li. ar. c. 5. ꝛ pluribus alijs eiuſdeꝫ libri. Sic omne accidẽs anime eſt quolibet corporis accñte nobilior. ¶ Confirmatur hec ratio ac etiã ꝯcluſio per argumẽtationem qua probat Aug. in de vera reli. c. 34. Omnia eſſe a deo facta. Ipſum inquit quantulũcũqꝫ eſſe bonum eſt. qꝛ ſummum bonum eſt ſumme eſſe. ꝛ ſubdit: qm̃ ſumma ſpecies ſummum bonum eſt. minima ſpecies minimum bonum eſt. Omne autem bonum aut deus aut ex deo. ergo ex deo eſt etiaꝫ minima ſpecies. Sane quod de ſpecie dicitur hoc etiã de forma dici põt. ¶ Itẽ caº. 35. probat mãm eſſe factã a deo ita ꝯcludendo. Nõnullum ergo bonũ eſt ꝛ capacitas forme ꝛ iõ bonoꝝ omnium auctor qui preſtitit formã ipſe fecit ẽt poſſe formari. i. id ꝙ poteſt formari. Cũ igitur actus malus ſit qđdam bonum ꝙ ex dictis etiam probatur. tũ qꝛ eſt aliquod ens. ꝛ vt dicit Augu. quantulũcunqꝫ eſſe bonum eſt. tuꝫ qꝛ eſt aliqua ſpecies eſſentia: qm̃ vt ibidem. ſ. caꝑ. 34. idem ait: quicquid eſt quantulacũqꝫ ſpecie ſit neceſſe eſt. ſi argumentatio Augu. valida eſt vtiqꝫ concluditur ꝙ ipſe actus ſit ex deo. ¶ Tertio arꝰ ad concluſionem ſic. Actus malus non eſt nihil. igitur eſt a deo factus. Añs certum eſt. ꝛ conſequentia tenet ex quadam conſequentia quã Augu. facit ibidem caꝑ. 34. poſtq̃ enim ꝯcluſit oia eſſe a deo facta querit. Id igitur eſt vnde fecit deus omnia: ꝛ reſpondet. Quod nullã ſpeciem habuit nullãqꝫ formam: quidem nihil eſt aliud q̃ nihil. Nã illud ꝙ in comparatione perfectoꝝ informe dicitur ſi habet aliquid forme quãuis exiguuꝫ q̃uis inchoatũ nõdũ eſt nihil. ac p hoc id quoqꝫ inquãtum eſt nõ eſt niſi ex deo. hic poſtremo vt pꝫ talẽ ꝯſequentiã facit. Informe non eſt nihil. igit ipſum inquãtum eſt non eſt niſi ex deo. ex quo ſequitur. igitur eſt ex deo. que ꝯña ſi efficax eſt vtiqꝫ efficax eſt ꝛ iſta. Actus malus nõ eſt nihil. igitur inq̃tum eſt. eſt ex deo. ꝛ vltra igit ẽ ex deo. ¶ Nec te moueat illa excluſiua locutio niſi ex deo. Nõ enim intẽdit Aug. excludere cãm aliam partialẽ a qua etiam ſit illud. i. informe ꝛ imperfectum: multa quippe talia ſunt a creaturis etiam concauſantibus. Sed qꝛ eſſe non poſſunt niſi facta a deo iõ ait niſi ex deo. i. niſi facta a deo. ita vt illa nõ ſit excluſio alterius cãe coagẽtis ſed alteriꝰ modi eſſendi q̃ per ꝓfectionẽ a deo. ¶ Quarto ſic. actus malus iam factus ꝯſeruatur a deo. igit actus malus dũ ſit ſit a deo. ꝯña ꝓbatur efficaciter p ſacram ſcripturã. Ait enim ſapiẽs. Saꝑ. 11. deo loquẽs. Quomodo poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes. Aut quod a te vocatum nõ eſſet ꝯſeruaret. Quid auteꝫ eſt: quod a deo conſeruatur eſſe a deo vocatum: niſi eſſe a deo factum. Uult igitur ſapiens impoſſibile eſſe aliquid conſeruari niſi ſit factum a deo: ex quo clare patet conſequentia premiſſa. ¶ Secũdo patet cõſequentia: quia cum frequenter ſacra ſcriptura dicat omnia eẽ a deo facta: ſi ex tali vniuerſali locutione intelligẽdum eſſet malos actus exceptos eſſe: vt contrarie cõcluſionis defenſores forſitan dicerent: hoc non propter aliud videretur oportere niſi quia videretur bonitati dei repugnare aliquo modo efficere actum vitioſum ſeu malum. Sed hec extimatio ſtatim excluditur ſi attendatur ꝙ actus malus q̃diu eſt conſeruatur ꝛ continuatur in eſſe ab ipſo deo. ſicut omnes oportet concedere: vt pꝫ ex probationibus tertie concluſionis. q. diſputate ſuper. 45. di. primi libri. ꝛ quantum ſufficit hic pro nunc etiam ex prima parte auctoritatis ſapientis nũc allegate. Non eniꝫ plus videri poteſt repugnare dei bonitati actum malum partialiter efficere q̃ eum factum conſeruare: cum homo non ſolum peccet cum primo efficit dictum actum: ſed etiam duꝫ poſtq̃ factus eſt ipſꝫ libere continuat. igitur quia dei bonitati nõ repugnat talẽ actũ conſeruare conſequens eſt ꝙ nec ſibi repugnet efficere. ¶ Confirmatur adhuc quia cuꝫ conſeruare ſit facere reꝫ eſſe que priꝰ immediate fuit vt ſupra n. prima. dicebatur ꝛ etiam haberi poteſt ab Augu. 9. ſuper geñ. caꝑ. 22. de paruis: ac ab Anſel. de caſu diaboli. caꝑ. primo. nec magis indignum deo iudicari debet ꝙ ipſe aliquid faciat quod immediate prius non fuit q̃ ꝙ illud idem faciat poſtquam fuit: nam potius eſt negandum eum facere actum malum cum primo ſit q̃ negãduꝫ ſit deum facere illum poſtq̃ fuit. zᵐ autem catholice negari non poteſt. igitur neqꝫ pmũ negari debet. ¶ Pro iſta ꝯcluſione faciũt multa alia que dicta ſunt in ꝓbãdo ſcḋam ꝯcluſionẽ. q. diſputate ſup. 45. d. primi. require ibi ꝛ applica ad propoſitum. Facit etiã auctoritas Anſelmi de caſu diaboli. c. 20 vbi dicit expreſſe ꝙ deus facit oẽs naturas ſubſtãtiales ꝛ accidẽtales vniuerſales ꝛ indiuiduas ꝛ adhuc ſpecialius dicit ꝛ ipſum prauum motum volũtatis ꝛ ſingulas prauas actiones que fiunt a peruerſa voluntate deus facit. ¶ Cõtra cõcluſionem iſtam poteſt argui primo: qꝛ ſi eũdem actum malũ quem facit homo facit ẽt deus: ſicut hõ faciẽdo illuꝫ peccat ſic deus peccaret. qđ eſt impoſſe. pꝫ ꝯña qꝛ nõ ob aliud hõ ille peccat niſi qꝛ agit illum actum malum. ¶ Confirmatur: qꝛ ẜm hoc ſequitur ꝙ deꝰ inuideat alteri: fallat ꝛ mẽ-

tiatur: furetur: ⁊ alia ſimilia dicatur cõmittere: que nõ poſſunt niſi male fieri: ⁊ per cõſequens ipſe peccaret. cõſequentia iſta declaratur. Naꝫ accipiendo furari pro actu exteriori ideo preciſe quis dicitur furari q2 talem actum agit. Similiter quis dicens alteri falſum ideo preciſe dicitur falſidicus q2 falſaꝫ cauſat orationem: ⁊ ſi ſciat illam eſſe falſam: vtiq; mentit. inuidus etiã vel inuidere quis nõ dicitur niſi q2 elicit actũ inuidie: igitur ſi quoſlibet tales actus etiaꝫ deus facit ipſe etiam ſimiliter denominabitur ⁊ dicet fur: fallax ⁊ mẽtitor ⁊ inuidus: ⁊ ſimiliter de ceteris peccatis que homo corde: ore: vel opere cõmittit.

Fol.112. col. 4. poſt lineã 9. ¶ Ex his euidenter ſequitur: q ea ſola intentio recta eſt ⁊ moraliter bona qua intenditur ſeu propter ſe diligitur qđ eſt propter ſe diligendum ſeu volendum. vtor enim nunc vocabulo dilectionis in generali ſua ſignificatione quemadmodum omnis volitio dicitur dilectio. Quelibet autem qua vel diligitur quod eſt non diligendum: aut propter ſe diligitur qđ eſt non propter ſe diligendum eſt vitioſa ⁊ mala. Naꝫ quelibet talis difformis eſt recte rationi. Nam ratio recta qđ eſt non diligendum indicat eſſe non diligendum: ⁊ qđ eſt diligendum tamen nõ propter ſe: ſed propter aliud: indicat etiam eſſe non propter ſe: ſed propter aliud diligendum. Aliãs ipſa non eſſet recta ſed errans.

¶ His premiſſis pono duas concluſiones. prima eſt: q omnis intentio operantis qua aliquod volibile ſeu diligibile aliud a deo intenditur: ſeu propter ſe. i. non propter aliud diligitur eſt mala ⁊ vitioſa. Probatur. vnde 2° ethi. ca. 2. dicit Phũs q commune eſt omni virtuti ſm rectaꝫ ratioñ operari. ⁊ cap. 6. diffiniens virtuteꝫ dicit q eſt habitus electiuus imediate exiſtens quo ad nos determinata ratione: ⁊ vt vtiq; ſapiens determinabit. Et lib. 6. capi. pmo dicit q medium oportet eligere. medium autem eſt vt recta ratio dicit: ⁊ paulo poſt ſententialiter ponit q recta ratio eſt velut quoddam ſignum ad q reſpiciẽs rationem habens intendit ⁊ remittit opus ſuum. Ex quibus pꝫ q omnis electio vel operatio virtuoſa inquantum huius conformis eſt recte rationi: ⁊ per cõſequẽs omnis electio vel operatio moralis nõ cõformis rationi recte vtiq; eſt vitioſa ⁊ mala moraliter: cũ bonitas ⁊ malitia huiuſmodi ſint oppoſita priuatiue: ⁊ operationi ac electioni morali nata in eſſe. Malitia enim ſola priuatio eſt: vt declaratum eſt di. 34. Et iſtud etiam cõfirmatur ex intentione Phi. qui 2° ethi. c. 5. dicit q peccare facile eſt: dirigere autem. i. recte agere eſt difficile. ⁊ probat hoc dicens. facile quidem non cõtingere ſignum. difficile autem cõtingere. ex qua probatione patet: q quandocunq; agendo non cõtingit ſignum: qđ ſm eum vt premiſſum eſt: eſt ratio recta. i. quandocũq; quis agit ⁊ non ſm rectam rationem peccatur ⁊ male agitur. Et ex hoc cõcludit. q boni ſunt ſimpliciter. i. vno modo. multifarie autem mali: q2. ſ. omnibus modis quibus agitur non contingendo ſignum.

¶ Confirmatur autem ⁊ hoc auctoritate Augu. 4. li. cõtra Jul. caꝑ. 13. dicentis. Cum itaq; facit homo aliquid vbi peccare non videtur. Si nõ propter hoc facere debet propter quod facere debet peccare conuincitur. ⁊ iterum paulo poſt. Quicquid boni inquit fit ab homine ⁊ nõ propter hoc fit propter quod fieri debere vera ſapiẽtia precipit ⁊ ſi officio videatur bonum: ipſo nõ recto fine peccatum eſt. Ecce q̃ expreſſe determinat q quid de genere boni: ſiue quodcunq; bonum ex officio. i. quodcũq; eorum que homo agere debet: homo faciat ſi careat actio eius circumſtantia finis debiti: hoc eſt: vt verbis ſuis vtar: ſi nõ facit propter quod debet facere ipſe conuincitur peccare: et eius actus eſt peccatum. Fol.113. co. 2 poſt pn.m li nee.. 13.

¶ Expliciunt additiones ſuper ſecũdo ſenten. Gregorij de Arimino. Venetijs impreſſe iuſſu ⁊ ſumptibus Heredum nobilis viri. q. Dñi Octauiani Scoti ciuis Modoetienſis: ⁊ ſocioꝝ. Anno a Chriſti ſalutifera Jncarnatione. 1522. Die. 28. Martij.

Regiſtrum

aa bb cc dd ee ff.

ff Quaternus: Alij terni.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

O S M